# RESPONSVM IVRIS, PRO ADMODVM ILLVSTRI, ET REVERENDISsimo D.D. Francisco Peñia, S. Paginæ, & vtriusq. Iuris Doctore: sacræ etiã Romanæ Rotæ meritissimo Decano, & Archidiacono Sedis Metropolitanæ Cæsaraugustan. nec nõ pro bonæ memoriæ D.D. Ioanne Valerio Martinez, eiusdem Sedis Charitaterio iam diem functo, seu pro eius in dicta Dignitate successore.

*Super Caducitate emphyteosis Villæ & terminorum de Mareca.*

In Processu Ludouici Pallon, & Ludouicæ de S. Fe, super apprænhensione. In Articulo litis pendentiæ.

*Editum a Matthias Bayetola & Cauanillas, I. C. D. eiusdem causæ & Iustitiæ Patrono.*

IN HOC SI-




GNO VINCES.


CÆSARAVGVSTÆ.

Cum licentia, Apud Laurentium Robles, Regni Aragonum; & Vniuersitatis Typographum; anno

MDCV.

# RESPONSVM IVRIS PRO D. D. ARCHIDIACONO, ET CHARITATERIO SEDIS CÆSARAVGVSTANÆ.

Editum a Matthia de Bayetola & Cabanillas, I. C. D.

*Defende causam tuam Domine, quia tua res agitur cum sit Ecclesia,* vt refert Rebuf. respons. 109. in prin.

INVOCATO, Igitur Indiuiduæ Trinitatis auxilio, & præmissa facti Specie, Tria in præsenti consultatione Proponuntur, discutienda, primum an bona in hoc processu appræhensa, vulgo: (las tierras y heredamiento de Mareca,) nuncupata sint emphyteutica, dictis Dominis Archidiacono, & Charitaterio Ecclesiæ Metropolitanæ præsentis Ciuitatis Cæsaraugustæ, ratione suarum respectiue Dignitatum. Et casu quo constet (pro vt vere constat) prædicta bona emphyteutica esse; an omnia in hoc processu appræhensa, sub numeris 2. & 3. in fine appellitus confrontata ab integro, an vero ea solum quæ cognomento Sancti Saluatoris appellantur, sint emphyteusi subiecta.

Secundum, an prædicta bona sub limitibus, & confrontationibus, in concessione comprehensa inciderint in commissum, eorumquè dominium vtile, fuerit cum directo consolidatum, ex eo quod D. Marquesia a Moncayo vtilis dominij domina, & vltima dictorum bonorum posseditrix, ea alienauerit, & transtulerit, mediante sua dispositione testamentaria in fauorem Collegij, seu Religiosorum Societatis Iesu, contra naturam emphyteusis, & contra expressum pactum concessionis.

Tertium, an iuste, & legitime domini Archidiaconus, & Charitaterius declarauerint caducitatem, ob non solutas pensiones annuas eisdem, ratione suarum Dignitatum debitas. Videlicet D. Archidiacono ob vnam pensionem decursam die omnium Sanctorum, anni 1600. Charitaterio vero ob tres pensiones eodem die decursas annis 1598. 1599. & 1600.

# ARTICVLVS primus.

2 AD primum igitur accedens premito ante omnia, quod licet regulariter dominiũ sit dificilis probationis iuxta notata in *l. cum res C. de probat. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. possessio.* vt tradunt *Boerius decis. 42. nu. 25. & Menochi de adipiscen. posses. remedi. 4. num. 927.* cuius dicti rationem esse dicunt Doctores, quia nõ solum titulum, sed etiam authoris dominium probari oportet, vt tradit *Bartho. communiter receptus in d. l. cum res. num. 5. et late explicat Mascard. conclusione. 536. n. 2. & Surd. decis. 260. nu. 11.*

Tamen in nostro casu concludens & certa probatio resultat, respectu dominij directi D. Archidiaconi & Charitaterij super dictis bonis, ex adductis & probatis in processu, ita vt nullꝰ dubitationi locꝰ relinquatur: Primo quia hic agitur de probando dominio antiquo temporis videlicet concessę emphiteosis, quæ concessa fuit, (vt in facto præsupponitur) per Bernardum Vilialua Archidiaconũ, & Sancium Fatas Charitaterium
3 anno Domini 1452. vt constat per instrumentũ + cõcessionis in hoc processu exhibitũ: antiquũ autẽ sine dubio dicitur a quo distamꝰ per spatium centũ annorũ. *c. veniens vbi notant DD. de testib. Crauet. dicens communem in tractat. de antiquit. temporũ. 1. part. c. 1. n 4. & alij quos referunt Mascard. cõclusione. 103. nu. 7. & Ioann. Garcia qui recte explicat in tracta. de nobilitate. glos. 37. nu. 1.*

4 + Ad probandum autem dominium de antiquo, leuiores probationes sufficiunt. *l. census. ff. de probationi. 6. c. cũ causam eo tit. c. cũ olim. de censib. Alexand. consil. 90. num. 8. vol 6. Mascard. d. conclusione. 103. nu 12.* vbi testatur ex sentẽtia Aymõ vbi supra, sufficere in ntiquis probationem adminicularem, & ita admittuntur probabiles coniecturæ, indicia, & argumenta, & verba enũtiatiua instrumentorum antiquorum. vt tradit *Iason in l. si quis ex argentarijs nu. 20. cum pluribus sequentibus. ff. de eden. Socin. Senior consil. 287. num. 4. & sequent. lib. 2. & plures quos refert Mandel. de Alba. consil. 83 nu. 11.*

In nostro autem casu interuenit cursus centum quinquaginta annorum a die concessæ tributationis, vsq. ad diem comissi, & in eo non solum constat de dominio directo per indicia & præsumptiones, sed etiam per liquidissimas pro
5 bationes, + nã quamuis solus titulus emphiteosis non probet directum dominium in fauorem concedentis. *Ex Din. & Barto. in l. legata inutiliter. ff. de alimẽt. legat. Alexand. consil. 12. n. 1. lib. 4. Cur-*
6 *ti. Iunior consil. 41. n. 8.* + cuius ratio est, nam sicut potest aliena res vendi. *l. rem alienam ff. de contrahen.*

*ben.emption.*. sic etiam locari & in emphiteosim concedi. *l. si vrbana prædia ff. de condi. indebiti. l. ad probationem C. de locat. Afflict. decis.* 14. *nu.* 8. *Cravet. consi.* 157. *nu* 5.
7 † & in terminis quod concessio emphiteosis non probet dominium directum concedentis pluribus relatis probat. *Mascard. conclusione.* 242. *num.* 3. etiam si Instrumentum emphiteosis memoriam hominum excedat vt explicat *Aluarus Balasco in tractat. de*
8 *iure emphit. q.* 9. *n* 5. † dicens rationis rationem esse, quia emphiteosis tendit ad diminutionem iuris concedentis & sic non potest inducere probationem dominij. quod est argumentum ex *Din. in l. legata inutiliter ff. de alim. legat. Ruin. cons.* 161. *nu.* 17. 18. *lib.* 1. *&* *speculato. in titulo de emphiteosi. versic.* 57. *nu.* 72. plura tamen concurrũt in nostro casu quæ plenissimam probationem dominij efficiunt, adsunt enim fundamenta & adminicula sequentia.

9 † Primum concessio ad emphiphiteosim facta per Archidiaconum & charitaterium eo tempore dominos bonorũ in presenti processu apprehensorum in fauorem Petri Cornel prædicto anno. 1452

10 † Secũdum adest etiã ipsius Petri Cornel ad emphiteosim recipientis acceptatio, recognitio, & possessio, ex quibus indubitata dominij probatio resultat in præiudicium ipsius Petri recognoscentis & suorum in dictis bonis successorum, & per consequens in præiudicium Collegij societatis cum ab eodem (quamuis mediate) ius & causam habeat, vt constat, ex probatis in cedula replicæ pro parte DD. Archidiaconi & Charitaterij oblata, nam recognitio probat Dominium contra recognoscentem. *l. censualis vbi notat. Bal. C. de donat.* quod sæpissime iudicatũ esse testatur *Guido Papa decis.* 272 *num.* 3. quem refert & sequitur *Balasc. vbi supra quæst.* 9 *num.* 18. *& Ranchin. in additionib. ad Guidon. vbi supra.* Vnde quamuis noster Molin. verbo tributum *vers. & nota quod proprietarius fol.* 323 *col.* 2. teneat quod proprietarius rei tributariæ tenetur probare in iudicio apprehensionis concedentem rem ad tributum fuisse dominum & possessorem eiusdem tẽpore concessionis; sufficit tamen recognitio recipientis, in præiudicium eiusdem ac omnium qui ab eodem ius & causam habuerunt vt explicat *Bardaxi in foro.* 2. *n.* 17 *de apprehensionibus, & ante* eum docuerunt. *Alexan. consili.* 71. *n.* 9. *vol.* 1. *Nata consil.* 400. *nu.* 4. *& sequent. & Borgni. decis.* 8. *num.* 36.
11 *par.* 4. † Nam quamuis per recognitionem non transferatur dominiũ, probatur tamen contra recognoscentem & eius successores, vt recte explicant *Guido Papa, & plures ab eo relati d. q.* 272. *nu.* 3.

12 † Tertiũ adminiculum nascitur ex fama sufficienter probata, vnde cim testibus super articulo tertio propositionis oblatæ pro parte dictorum D. Archidiaconi & Charit. Nam cum versemur, pro vt dictum est in antiquis sufficit probatio per famam. *l. si arbiter. ff. de probationi. Bal in l. inditia num.* 5. *C. de rei vendicatione. Barbatia cõsil.* 8. *nu.* 1. *vol.* 1. *Socin. consil.* 187. *nu.* 5. *& est comunis opinio. teste Decio consil.* 428. *nu.* 3. *Mascard.* *conclu-*

*conclusione* 547 *nu.*1. *Ioan.Garcia in tractat. nobilit.glos.*18.§.1.*n.*2. *& Borgnin.decis.* 23.*nu.*88. *par* 2. *& Ludouicus Peguera in tractat. de feud. præludio* 1.*n.*8. vbi ad probandum bona esse feudalia in antiquis asserit sufficere famã, quod talia bona essent feudalia & in tributo siue emphiteosi, tradit.*Bardaxi in d.foro .nu.*17.*l. & sequent.*

13 + Quartum adminiculum nascitur ex possessione percipiendi annuos redditus spatio plurimorum annorum, prout constat per publicã apocharum in hoc processu exhibita instrumenta & aduersariorum confessionẽ, nam cum solutio annua per plures annos fuerit continuata, aduersarijs incumbebat probare bona apprehensa non esse emphiteotica. *l. si colom. C. de agricol. & censit. lib.* 11. *nam* ille cui soluitur census præsumitur proprietarius, vt tenet *Marian.Socin. Iunior.consil.* 135.*nu.*14.*& sequen. vers.*2.*Mascard. concl.*539. *num.*5. *& Aluar. Balasc. d.q.*9. *num.*12. *in fin.* quæ adeo vera sunt vt licet non ostendatur instrumentum emphiteosis cum alijs adminiculis, sed solũ probetur emphiteotica, solutio longo tempore facta alicui sufficiet ad probandum directum dominium. *Deci. Bal. & alij quos refert & sequitur Balas. vbi supra nu.*17. *in fin. Crauet. de antiquit. tẽpo.*3.*p.*§.*fi.n.* 40. vbi sic scribit.

14 + *Decimo quarto præsumitur scriptura ex antiquitate temporis, puta emphiteosis debet probari per scripturam, tamen si quis longo tẽpore soluit pensionem, tanquam emphiteota præsumitur emphhteosis: licet de alia scriptura nõ appareat Bald. cons.*116.*nu.*2.*lib.*1. *& plures per Rotam nouissim.* 2.*part. decis.* 141.*nu.*9 sufficit autem quod huiusmodi solutio per decem annos fuerit facta *glos.magna verbo repellere in fin.in. l.*2.*C.de iure empbit. communiter recepta secundum Iason ibi. nu.*150. *& plures quos refert Mascard. conclusione* 604. *nu.*5. *& Deci.cons.*146.*nu.*2.

15 + Quintum adminiculum (seu verius solidissimum fundamentum) resultat ex confessione facta per aduersantes in instrumẽto publico apochę pro eorũ parte exhibitę in hoc processu, in quo Petrus Perez assertus procurator Alphonsi de Villalpando confitetur se recepisse summã 200. solid. a prędictis aduersantibus ratione annuæ pensionis tributationis bonorum de
16 Mareca, + quæ sola cõfessio cũ omnes alias probationes super & exlate traditis per *Hippol. Riminal consil.*103. *num.*28. probat dominium vt tenet *Marian.Socin.consilio* 128.*n.*15. *&* 16.*vers.* 2. *August. vero.consil.*79. *num.*6.*&* 10. *volum.*3.*& plures relati per Bor-*
17 *gni. decis.* 23.*nu.*32.*part.*2.+ & magis explicite in articulo. 35 replicę aduersantium fatentur, terras de Mareca in hoc processu apprehensas fuisse concessas in emphiteosim prædecessoribus Ioannis Cornel, & etiã nũcupari terras Sancti Saluatoris, quia pertinent ad dominium directum prædictorum Archidiaconi & Charitaterij, & de cõfessione Ioannis Cornel aduersantium predecessoris attestãtur Vincentius de Colmenares, Dominicus Gil, & Stephanus Maluenda testes contrarij super eodem articulo.35. & Didacus Espes in Theologia magister & Archiuerius eiusdẽ

Sedis super articulo 19. replicę vidisse & legisse instrumēta, in quib' continetur capitulū Ecclesiæ metropolitanæ dedisse huiusmodi bona in emphiteosim in fauorem de los Corneles ex quibus liquidissima probatio directi diminij resultat in fauorem dictorum D. Archidiaconi & Charitaterij.

18 † Superest modo demonstrare, an bona apprehensa sint eadē, quæ in dicto instrumento concessionis emphiteosis cōtinētur. Et videtur absq. dubio constare de identitate, quia omnes testes pro hac parte examinati super artic. 17. propositionis & super articulo 35. replicæ concludunt de identitate bonorum, nam quamuis primus & secundus testes excipiant quædam bona singularium quorundam cōpræhensa sub dictis confrontationibus, ex eorum tamen depositionibus euinci non potest aliquid certū: & casu quo de certa quātitate terræ concluderēt (quod negatur) adhuc tamen prædicta bona singularium personarum reperiuntur compreghensa intra limites in tributatione mentionatos, ex quo quamuis per dominium vtilem fuerint alienata irrequisito dño, & iterū empta nullū præiudiciū potuit irrogari predictis Archidiocono & Charitaterio. vt in simili tradunt *Paul. de Montepico consil. 77. n. 4 dub. 1. Borgni. decis. 30. nu. 111. parte. 2. & Carro. in tractatu de locat. tit de iure emphit. nu. 3.*

19 † Quod autem identitas sit concludenter probata constat, nā bona in emphiteosim concessa designantur & limitantur cum terminis villę de Epila, cum terminis de Ticenich, cum terminis de Salillas, & cum flumine Xalon, vt constat ex dicto instrumento in hoc processu fide facto; bona etiam apprehensa dicūtur confrontare cū terminis villæ de Epila, cū terminis de Salillas, & cum flumine nuncupato Xalon, & sic constat de identitate corporis, † nā quamuis constaret de varietate nominum & confinium, dummodo constet de corpore, non curatur de nomine & alijs circunstantijs nisi doceatur de contrario. Sic explicāt *Hieronym. de monte de finib. c. 84. & tenuerūt domini de Rota Romana decis. 141. in fin. 2. p. in nouissimis*

20 (margin number beside "titate corporis, † nā quamuis con-")

21 Preterea † etiā probatur identitas quia Petrus Cornel primus emphiteota recepit bona pro se & suis successoribus, vt constat ex tenore emphiteosis, constat etiam successores dicti Petri recipientis eadem bona possedisse; ex quo recte dicitur identitas probata. vt tradit *Nata consil. 235. num. 17. Mascar, conclusione. 178. nu. 43.* Iacob. *Berreta consil. 9. n. 43. & sequent.* Quod nullam videtur probabilem habere dubitationē in nostro casu, quia

22 aduersarij fatētur † expresse in articulo. 24. suę Replicę, bona apprehēsa esse eadem, quæ continentur in pactis dotalibus initis inter dominnm de Cetina, & D. Franciscam Cornel, in quibus fatentur contrahentes dicta bona esse emphiteotica dictis Archidiacono & Charitaterio, ex quibus probatur non solum identitas ex supradictis: sed etiam dominium directum. vt tradit in simili *Barda. in for. 2. nu. 24. de appræh. vbi alios refert.*

23 † Tertio etiam probatur identitas, quia constat de eodem nomine de Marecca ijsdemo confrontationibus scilicet, fluminis de Xalō terminis villæ de Epila, & de Salillas

lillas ac etiam eadem annua pensione quatuorcentorum solidorũ; sic argumentantur *Laurentius Silua consil. 57. num. 10. & 11. Berret. consil. 9. num. 43. & sequent. quos sequitur Borgni. decis. 41. n. 11 par. 2. Ruin. consil. 108. num. 22. & sequent. V. 2.*

24 † Quartum, etiam resultat identitas, quia omnia bona apprehensa continentur intra limites in tributatione mẽtionatos supra iam declaratos; nam quando sunt certi limites designati seu limitati, omnia sub illis contenta cẽsentur vna quędam res certa. *ex Barto. & Deci. in l. penul. num. 3. C. de instit. & substitu.* quia omnia ibi contenta debent vno iure censeri. *c. cum in tua. de decim. c. cognouimus. 12. q. 1. Abb. consil. 71. ex num. 2. lib 2.* sic *in his terminis declarat. Aluar. Valasc. de iure emphiteo. q. 51. n 11.* vbi in hæc † verba scribit; *& ideo*

25 *distinguendum arbitror, an sit aliqua vniuersitas rerum feudalium vel emphiteoticarum terminata & certis limitibus designata, & tunc quælibet terra intra eos limites sita præsumitur feudalis vel emphiteotica, & quilibet possessor in eodem territorio teneatur agnoscere, esse feudalem seu emphiteoticam, nisi aperte ostendat esse allodialem.* maxime vbi non constaret (pro vt in nostro casu nullo modo cõstat) quod tertius possideret hæc bona tẽpore cõcessionis: ita in terminis *Ruin. consil. 108. num. 24. lib. 2.* vt Latius infra dicemus.

Quintũ, quia identitas probatur per confinia saltim duo, quod sufficit licet alia confinia essent diuersa, † & maxime quando de corpo-

26 re constat (pro vt constare diximus supra) sic docet *Paris. consil. 104. nu. 10. & sequent. volum 1. glos. in l. Penus §. fin. verbo ex hoc C. de iure deliberandi. Mandel. cõsil. 10. num. 9. & 13. Rota nouiss. decis. 310. part. 2. Crauet. consil. 198 Caphal. cons. 443. n. 34. & sequen. volum 3* elegãter *Roland. cons 67. num. 17. & sequen. volum 2.* quod sine dubio esset, si hæc iuuarentur, (prout Deo dante iuuabũtur) per seculare inspectionem, per quam cõstabit dominis Iudicibus, terras in tributatione confrontatas & in hoc processu apprehensas sub numeris, 2. & 3. appellitus presentis apprehensionis confrontatas esse

27 easdem, † quia hoc genus probationis superat omnes alias. *l. si irruptione vbi notant. Bar. & Florian. ff. finium regund. Mascard. de probat. q. 8. nu. 7. Bertazol. 41. nu. 75.* quæ non reijcitur nec censetur rejecta per statutum secundũ Plot. & alios quos refert & sequitur *Borgnin. decis. 44. n. 67. & 68. p. 1. & decis. 8. n. 34. par. 4.* & sic in nostro casu nullatenus relinquitur locus dubitandi, quoad identitatem bonorum apprehensorum & in dicta tributatione specificatorũ, quia bona apprehensa sub nu. 3. mentionata dicuntur limitari, cum terminis villę de Epila, terminis de Salinis villę de Epila, terminis de Salillas & flumine de Xalon, vnde cõstat de tribus confrõtationibus ex illis quatuor in tributatione com-

28 prehensis, † quæ absq. dubio sufficiunt ad tollendam omnem difficultatem quoad probationem idẽtitatis. *Rolan. cons. 67. n. 17. & sequent. lib. 2. Bar. in l. demonstratio. n. 14. ff. de condtio. & demonstrat. Hieronym. de Mont. in tit. de finibus. c. 47.* vt in his terminis bene cõsiderat

*siderat Caualca. decis.30.n.111.p.2*

Solum superest scrupulus, an scilicet intra limites & confines in dicta inuestitura mentionatos comprehendantur aliqua bona quæ ad dominos vtiles de Mareca pertinuerint,& pertineãt pleno iure,& quę diuersa sint a bonis tributarijs in dicta inuestitura comprehensis.

29 ✝ Nam pro parte Collegij societatis enixe cõtẽditur terras vulgariter, el soto de los Arbueses,& de Sãta Maria nuncupatas, & quædam alia prędia intra limites concessionis cõtẽta, nullo modo esse emphiteosi subiecta sed libera & allodialia; quod ex eo conãtur demonstrare, quia partita de Mareca in hoc processu apprehensa & in nu.3. dicti appellitus confrontata comprehendit 293. iugera terræ (apud nos 293. Cahizadas de tierra) quorum vnã partem dicunt appellari las tierras *siue la oya de Sanct Saluador*,& hanc solum comprehendere centum & tria iugera terrę prout deponit Martinus de Abiego testis fol. 26. pro eorum parte productus super articulo. 26. suę replicæ dicens se vidisse librum de las Alfardas villæ de Epila vbi refertur limitari terras Sancti Saluataris. 103 iugeribus, terras vero Sãctæ Mariæ 86. iugeribus, alias autem emptas a Ioanne Cornel dictæ Marchionisæ de Moncayo marito 82. iugeribus limitari, & inde existimant, solum pertinere iure directi ad D. Aachidiaconnm & Charitaterium dicta. 103. iugera terræ vulgariter las tierras de S. Saluador nuncupata.

30 ✝ Supradicta tamen nullius sint considerationis, nam quamuis inter bona apprehẽsa certũ sit cõprehendi terras Sancti Saluatoris, non tamen constat plene nec semiplene quot iugeribus circunscribãtur terræ huic emphiteosi subiectę, nã Martinus de Abiego solum attestatur se id legisse in quodam libro de las Alfardas dictæ villæ cuius testimonium nullius est momenti, tum quia contestem non habet *c. licet vniuersis c. veniens c. in omni negocio de testib.* tum etiam quia non deponit ex certa scientia sed per relationem ad dictum librum & sic ad scripturam priuatam quæ non probat *ex foro vnico tit. vt debitum non possit probari. Bal. in l. fin. opositione. 2. C. si cert. petat. Molin. verbo scriptura priuata in primo* & ita testi predicto nulla est adhibenda fides per tex. *in l. cum fundus vbi notat Aret n.18. ff. de conditioni. & demõstrat. & Surd.*

31 *decis. 12. n. 12.* ✝ Et quamuis aliqui ex testibus cõtrarijs super artic. 37, & 38. repli. dicant solum esse subiectas emphiteosi terras vulgo nũcupatas *de San Saluador* & quod Archidiaconus & Charitateriꝰ qui concesserunt ad tributum non possidebãt eo tempore alia bona nisi ea quæ prædicto nomine appellantur, tamen nullam reddunt (fatim concludentem) sui dicti rationẽ & per consequens eis fides habenda non est *l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cum vulgatis.*

32 ✝ Quod minorem habet dubitationem in nostro casu, cum aliqui ex testibus partis aduersæ scilicet Antonius Maella super artic. 27. Ioannes de santa Maria, & Dominicus Gil super artic. 28. replicæ deponant terras Sancti Saluatoris & Sanctæ Mariæ & alias per alluuionem & vi fluminis auctas

adeo

adeo interesse cōmixtas & cōglutinatas esse vt asserant non posse certo demonstrari, sub quibus limitibus vnaquęq. pars comprehendatur, & inde dato casu quod aliqua prædia fuissēt aucta per alluuionē, seu vi fluminis, vt prædicti testes & alij testificantur, illa cedere debent in vtilitatem & fauorem domini directi non vero domini vtilis absolute, secundum veriorem & æquiorem opinionem quam tenet. *Andreas de ysmera in c.1. §. rursus nu.3.4. & 5. de controuersia inuestituræ, & sequitur Iul. Clar. in materia feudorū in. §. feudum. q.88. n.3. Pater Ludouic. Molin. primo. tom. de iust. disputat.*
33 57. *& 2. tom. disputatione.* 462. † quia augmentum censetur eiusdē iuris cuius res cui augetur *secundū Gemini. an. in c. fin. §.1. de concessio præbendæ lib. 6. quē refert & sequitur Albertus Brun. consil.*12. *nu.*88. *lib.*1. quia augmentum non dicitur nouus fund⁹ sed pars primi fundi. *Ias. consil.*126. *nu.*1. *vol.*4. *Nata cons.* 286. *nu.*2. *Prosper. Passet. cons.*16. *in fine & Hipolyt. Riminal. consil.*504. *nu.*2. vnde id quod per alluuionem accrescit dicitur †
34 eiusdem esse naturæ cuius est fundus cui augetur *l. si ego §. idem ait ff. de publicia. in rem actio. l. id quod in prin. ff. de periculo & cōmodo rei venditæ* & per cōsequens augmentum pertinebit ad dominum primi fundi. *§. præterea. instit. de rerum diuisione Menoch. consil.* 26. *num.*37. *& hipolyt. Riminal. d. cons.*504. *nu.*3. † ex quibus idē
35 iudicandum esse videtur in emphiteosi, quod in feudo, cum a pari procedant & valet argumentum de vno ad aliud *Tiber. Decia. respon.* 123. *num.*7. *vol.*3. *& alij infra referendi.*

Præterea hoc idem confirmatur argumento de sumpto ex *l. itē si fundi. §. sed si insula. ff. de vsu-*
36 *fructu* vbi si † insula iuxta fundū influmine nata sit non est vsufructuarij sed domini propietarij & directi, vt expendit *Tiber. Decian. vbi supra. num.* 3. quod certissimū redditur in nostro casu, si cum iuditio expendantur verba inuestituræ, in qua bona appręhensa ad emphiteosim conceduntur, sub nomine vniuersali villæ de Mareca
37 cum suis terminis † & iuribus &c. cuius concessionis natura est recipere augmentum & diminutionē, sicut alluuionis siue augmēti natura est vt addat siue accrescat loco vel fundo eo iure quo dictus fundus possidebatur: & inde si ab aliquo pleno iure fundus possidetur pariter & augmentum eodem iure & pleno possidebitur. *§. præterea vbi notat. Balduin. nu.*6. *&* 7.
38 *de rerum diuisione*; si † vero plures possidebāt alter respectu directi alter vero respectu vtilis dominij, eodemiure singulis accrescit. *l.* 1. 2. *&* 3. *C. de alluuionib. glos. in l. si fundum. §. qui fundum. ff. de vsu cap. pro æmptore* vt tenent plures quos refert. *Tiber. Decian. vbi supra nu.*58. *&* 67. cuius ratio est quia augmentum eodem iure censetur cū principali. *l. inter socerū. §. cum inter. ff. de pact. dotal. Curt. Iunior. cons.* 56. *num.* 14. *Cephal. consil.*367. *num.*29. *& consil.* 178. *nu.*30. *&* 31. *& Ioannes Garcia in tracta. de expensis & meliora:*
39 *c.*22. *num.*37. † augmentum enim accessorium dicitur fundi cui accrescit cuius naturam sequi debet

B per

per regulam *accessorium de regu. iur. in 6. vt tenet Surd. ita declarans. decis.* 88. *num.* 10.

40 † Vlterius quod prædia aucta (siquæ forsam accreuerunt) debeant pertinere domino directo patet, quia ius alluuionis est augmentum extrinsecum per accessionem alterius fundi terræ & glebæ illi factæ, vi fluminis aut alias: quod augmentum in rebus ecclesię locatis, non ipsi conductori sed locatori, & sic ecclesiæ cedit, quia id videtur agi inter partes. nam locator locando intra fines in locatione expressos rem quam locat, limitare & restringere videtur; & sic debet considerari res prout in contractu limitatur & designatur. *l. rutilia Pola. ff. de contrhen. emptio. vt explicat. Reduan. in titulo de reb. ecclesiæ quæst.* 68. *num.* 1. *&* 2. docēs cōtrarium asserere esse contra ius & iustitiam, vnde similiter in nostro casu asserendum videtur, quod cum villa de Mareca dicatur in inuestitura confrontare cum terminis villæ de Epila, terminis loci de Salillas, & loci de Ticenich, & cum flumine Xalon, & cum bona appræhensa habeant easdem confrontationes, vt supra diximus: quic quid intra prædictos limites accreuit, debet eodem iure

41 censeri. † vt præter supra allegatos tenet. *glos. verbo mixta in l. scire debemus. ff. de verborum obligat. Gozadin. consil.* 70. *nu.* 11. docens augmentum partem esse substantialem ipsius rei auctę, tenet *Aflict. in titulo hic. finit. lex Faederici. num.* 18. *Hieronym. Gabriel. consil.* 14. *num.* 9. *lib.* 1. *&* Cæphal. *consil.* 773. *numero.* 42. *& sequent. Iacobucius de Franquis de feudis.* §. *si quis de manso num.* 8.

42 † Vnde hanc opinionem in nostris terminis, quod augmentum per alluuionem vel vi fluminis factum, pertineat ad dominum directū, non vero emphiteutam tenuit omnium primus *Petrus Glosator antiquus in l.* 1. *C. de iur. emphiteu. vbi Iason. numer.* 79. *& Reduan de reb. ecclesiæ. quæst.* 71. *num.* 2. *Boher decis.* 69. *num.* 2. *Iul. Clar.* §. *feudum quæst.* 88. *Aluarus Balasc. de iur. emphiteo. quæstion.* 25. *numer.* 20. *&* Ioan *Garcia in tract. de expens. cap.* 22. *numer.* 36. *&* 37. quo loci mirabiliter loquitur in nostris terminis augmenti per alluuionem facti, docens illud sequi naturam, qualitatem, rationem, & ius illius rei cui alluuio & augmentum accedit per tex. *in l. si proprietatem. ff. de iure dotium.* maxime quando augmentum comprehenditur, & circunscribitur limitibus inuestituræ, prout in nostro casu. *l. ede sacra.* §. 1. *ff. de contrahen. emptio. Angel. in l. si fines. ff. de contrahen. emptio. & Nata. consil.* 501. *n.* 30.

43 † Nam cum termini sint inuenti ad demonstrandum, non impedit eorum natura futuras accessiones. *Bald. in cap.* 1. §. *si quis de manso. num.* 6. *de controuersia inuestituræ Tiber. Decian. respon.* 123. *numer.* 89. *volum.* 3. *& Hipolyt.*

*lyt. Riminal. conſ.* 504. *num.*25. & 26. atq. ita qualitercumq. finiatur emphiteoſis, ſiue lapſu temporis, ſiue culpa emphiteotæ, ſiue ob lineam finitam, non ſolum bona exiſtentia tempore conceſsionis, verum etiam augmentum per alluuionẽ vel vi fluminis per commiſsum pleno iure ad dominum directũ pertinebit. *Iul. Clar. d. §. feudum. quæſtion.*83. & *Aluarus Valaſ. vbi ſupra quæſtion.* 25. *num.* 20.

44 † Quod certius procedit in noſtro Regno attenta Carthæ natura, cui ad vnguem inſiſtere debet iudex. *Obſeruantia*. *Item Iudex de fide Inſtrumento*. cum enim in inueſtitura cautum ſit, quod caſu quo Petrus Cornel recipiens & ſui ſucceſſores deficerent in conditionibus tributarijs, caderent non ſolum a bonis in emphiteuſim conceſsis, ſed etiam ab omnibus melioramẽtis factis & inuentis in rebus & bonis conceſsis dubitandum non eſt, quin augmentum per alluuionem vel vi fluminis factum prout deponunt teſtes contrarij pertineat ad dominum directũ. vt latius, & inferioribus terminis proſequitur *Surd. deciſ.* 78. *a n.*10. *cum ſeq.*

45 † Alia autem prædia, quæ ſub inuolucro verborum dicunt teſtes aduerſi empta fuiſſe a Ioanne Cornel abeoq. acquiſita, etiam compræhenduntur intra limites inueſtituræ, & per conſequens tanquã emphiteutica ſunt adiudicanda in vim comiſsi predictis Dominis Archidiacono, & Charitaterio ex ſupra traditis *per Hipolit. Riminal. conſil.* 504. *num.*125. & 126. quia quicquid continetur intra limites & confines in inueſtitura declaratos cenſetur eſſe de pertinentijs terminati & limitati, & ſic ad dominum directum pertinebit. *Ex Paul. Caſtren. doctrina in lib.* 1. *ff. de acquiren poſſeſs. vbi notant communiter Doctores* & *Bald. conſil.* 420. *numer.* 1. *volum* 1. *Maria. Socin. conſil.* 91. *numer.* 9. *lib.* 2. *Hieronym. de Monte in tracta. de finibus. capit.* 88. & *Caualcan. deciſio.* 4. *numer.* 4. *part.* 2. *Aym. Craue. conſ.* 105. *nu.* 1. & *Nata conſ.* 501. *n.*30.

46 † Quod autem prædicta prædia intra dictos limites comprehendantur, patebit ad oculum per inſpectionem occularem a Dominis Iudicibus faciendam, de quo etiam conſtat per inſtrumentum publicum locationis conceſſum per dictos Archidaconum & Charitateriũ in fauorẽ cuiuſdam Petri Cornel Anno MCCCCXXVII. die 25. Nouembris ad tempus. 40. annorum, in hoc proceſſu exhibitum, quæ locatio facta fuit ante dictam conceſsionem in emphiteuſim ſpatio 25. annorum, vbi etiam deſignatur villa de Mareca eiſdem limitibus & confrontationibus, quibus deſignatur in inueſtitura, & ſub quibus omnia bona appræhenſa compræhenduntur, & limitantur; & per conſequens per commiſſum debent cedere in fauorem Domini directi quamuis inter melioramenta compræhenderentur, cũ propter culpam emphiteutę fuerit cõmiſſatũ, & etiã cũ id expreſſe çautũ fuerit in inueſti-

tura, vt supra latius diximus, & resoluunt *Mandel. consi. 194. num. 5. & ibi additio litera B. & Rebuf. respon. 109. versic. item non potest.*

47 † Vnde attenta Iuris communis resolutione emphyteuta tenetur ostendere fines bonorum in emphyteusim concessorum: *vt tenet Ruin. consi. 18. nume. 22. lib. 2. Iacob. Berre. consi. 9. nu. 43. & 44. & Borgni. decis. 30. nu. 111. par. 2.* vbi innumeros refert asserentes, quod nisi emphyteuta doceat, quæ bona sint emphyteutica omnia intra limites comprehensa præsumuntur subiecta emphyteusi. *Balas. de iure emphyteut. quæst. 51 num. 5. Mandel. consi. 153. nu. 7. & plures quos refert Menoch. Centur. 6. casu. 554. n. 1. in trac. de arbitrar. & Peregri. in tit. de fideicommis. artic. 44. n. 23.*

48 † Neq. aliquid obstat, quod dicitur per assertos testes cōtrarios, aliqua prædia empta fuisse a Ioanne Cornel. Nā respondetur dictorum testium, assertionem vagam, & confusam esse, cum non declarent quæ prædia sint, quę asserunt empta fuisse. † Secundo respon-
49 detur emptionem, & venditionem bonorum sedentiū in nostro Regno, nullo modo posse probari, nisi per publicum instrumentum venditionis: *vt probat Obseruan. Item de consuetudine Regni, in fi tit. de probation. fol.* 10. vbi per argumētum a contrario sensu (*quod validum est in iure. l. 1. §. eius rei. ff. de officio eius.*) probatur, quod licet venditio, bonorum mobilium probetur per testes, non tamē probabitur venditio bonorum sedentium, nisi per instrumentum. *vt tenet Molin. verbo venditio, in prin.* & sic cum in nostro casu, nulla vēditionis instrumenta, fuerint per partem aduersam exhibita, nullo modo dici potest constare de asserta emptione prædiorum. † Ter- 50
tio etiam respondetur, quod quamuis constaret plene de asserta emptione, prout ex aduerso prætenditur, adhuc tamen cederent in fauorem Domini directi, cum (vt supra diximus) comprehensa sint intra dictos limites inuestituræ, emptio enim postea facta per Dominum vtilem alicuius fundi intra fines tributationis comprehensi, nō sufficit ad euitandum commissum: vt tenet *Iason. l. fin. nume. 135. de de iure emphyteut. quem refert, & sequitur Azeued. libr. 3. recopil. tit. 6. lib. 10. nume. 9.* Quod nullam videtur habere dubitationem, quando non constat (prout in nostro casu) quod tempore inuestituræ tertius possideret: vt bene resoluit *Nat. consi. 501. num. 32.* & sentit exprefse *Molin. verb. appræ*
51 *hensio fol. 33. col. 3.* vbi † resoluit Dominum directum obtinere debere per commissum, cōtra quemlibet etiam tertium possidentem, nisi possidens probauerit suam, & suorum prædecessorum possessionem de tempore ante dictam dationem ad tributum, vbi sic affirmat practicari, & declarat *Portol. in §. appræhensio el 2. n. 50. cū seq.* & ita debuisset in nostro casu nouus titulus demonstrari, nam alias omnia præsumuntur emphyteutica, ex traditis a *Pereg. d. arti. 44. num. 22. & 23.*

Ex quibus omnibus manifestè constat, bona omnia apprehensa, sub num. 2. & 3. appellitus præsentus

scentis appræhensionis, confrontata intra limites inuestituræ contineri, & per consequens iure commissi ad Dominos directos spectare.

# ARTICVLVS Secundus.

IN hoc secundo articulo (vt promissa adimpleantur) ostendam bona appræhensa, secundo, & tertio numero appellitus, cõfrontata in commissum, incidisse ex eo quod contra emphyteusis naturam, dominorum concedentium voluntatem, aduersus etiam expressa pacta in tributatione contenta, fuerint in lampadam in potentiorem, & etiã in personas priuilegiatas, alienata, & translata.

52 † Ad cuius conclusionis, confirmationem, & intelligentiam præmittendum est, huius contractus emphyteutici plura esse naturalia, quæ plena manu refert *Aluarus Valas. in suo tracta. de iure emphyteu q. 4. per totum*, quorum tria in præsenti præmittam, quia magis ad nostrum propositum conducere videntur.

Primum est bona, de quibus agitur Ecclesiastica esse concessaquê fuisse in emphyteusim a prædictis D.D. Archidiacono, & Charitate rio, Dominis directis Petro Cornel scutifero pro annuo afictu quatuorcentorum solidorũ, in die omnium Sanctorum, cuiuslibet anni iisdem Dominis directis soluendorum pro medietate, & sic initus fuit cõtractus emphyteusis. §. *adeo instit. de locat. c. potuit extra eod. titu.*

53 † Huius autem conttactus (in bonis Ecclesiasticis) naturale est vt bona ad emphyteusim concessa, nullatenus transeant ad extraneos hæredes ipsius recipientis, iuxta textum *in Authen. de non alienan. aut permut. rebus Ecclesiæ. §. emphyteusim, in illis verbis alioqui non transire ad alterum aliquem hæredem. Authen. de aliena. & emphyteusi. §. licentiam.* Vbi Imperator concessit emphyteusim Ecclesiasticam, constitui posse perpetuam, & in infinitum duraturam, dummodo dumtaxat in fauorem descendentium, nõ vero extraneorum concedatur, vt cõmuniter tenẽt DD. *in c. in præsentia de probation. & explicat Ludouicus Gozadin. consi. 39 num. 8. Hipolit. Riminal. consi 160. num. 1. Curt. Inn. consi. 130. num. 9. & Anton. de Butrio consi. 23. vbi eius additio litera A. plures refert.* & ab ea opinione communi, non esse recedendum in iudicando, & consulendo testatur *Alexand. consi. 83. num. 1. lib. 7.* Nam *per tex. in d. §. emphyteusim*, non poterat concessio fieri, nisi in fauorem descendentium, non tamen omnium, sed solum vsquê ad tertium gradum, postea tamen per text. in d. §. licentiam, id extensum fuit, quoad omnes descendentes in infinitum (exclusis omnino extraneis) vt declarat *Anton. de Butr. in d. consi. 23. n. 1.* Ra-

54 I. Ratio † autem propter quam extranei excluduntur a successione bonorum emphyteuticorum, ea est, ne scilicet prædicta bona omnino abirent a Dominio, & potestate Ecclesiæ, nam si ad hæredes extraneos transirent, vix superesset Domino directo, aliqua spes recuperandi dicta bona ob lineam finitam, quia nemo sine hærede decedit, cum saltim fiscum habeat hæredem, quod graue nimis, & Ecclesiæ perniciosum, iudicatum fuit a Piisimo Imperatore Iustiniano. *in d. § emphyteusim*, vt bene declarat *Caldas Pereyra in tracta. de nomina. emphyt. q. 23. n* 51.

55 † Secundo etiam dicitur naturale emphyteusis Ecclesiasticæ, quod in potentiores alienari, & transferri non possit. *glos. communiter recepta, verbo prohibentur in cap potuit de locat vbi notant DD. Fulgo. consi* 130. *Grammat. consi. 2. nu.* 14. *in ciuilibus Guillerm. Benedic. in cap. Raynuntius verbo & vxorem. decis. 4. num.* 546. *Hipolit. Rimінal. cons.* 368 *num.* 12. *& de cōmuni testatur Bertazol. cons.* 36. *n.* 1. *&* 2. *Nata cons.* 491. *nu* 7. & plures quos refert *Camil Borrel in addition. ad Bellugam in Specul. Princip. rub.* 14. *litera* C.

56 † Et quamuis de iure definitum non sit, quænam dicantur istæ personæ potētiores, & prohibitæ, vt post *Ioann. Imol.* testatur *August. Bercius in d. cap. potuit num.* 20.

57 † communiter tamen asserunt DD. Ecclesiam, Monasterium, vel eorum ministros, Clericos, aut Religiosos, Milites, & Curiales, omnino esse prohibitos, vt tradit *Guiliel. Benedict. dicto num.* 546. *Iason in l. fin. num.* 90. *&* 97. *C. de iur. emphyteut. Alexan. in l. si finita. § si de vectigalibus num.* 36. *ff. de dam. infect. Hieronym. Gratus. consi.* 80. *libr.* 1. *Iulius Clarus in §. emphyteusis. quæst.* 22. vbi asserit hanc esse vulgarem, & notissimam regulā, quod emphyteusis, non possit alienari in potentiores, inter quos etiam numeratur Ciuitas, vt post Alexand. tradit additio nouissima ad *Iul Clarum in d. § emphyteusis q.* 13. *vers. emphyteusis alienari, pagin.* 109. *col.* 2

58 Quod etiā de iure Castellæ, dispositum est per *l fi. tit.* 8 *part.* 5. in illis verbis, *mas a otras personas de que no podiesse hauer tan ligeramente el censo, no la puede vēder, ni empeñar, assi como a Ordeno a otro home mas poderoso q̄ a el*, vbi explicat *Gregor. Lopez in uerb. ordē, & Ioan. Gutierrez cōs.* 12. *n.* 1 *& rationē latius infra prosequemur a n.* 66 *cum seq.*

59 † Tertio, etiam dicitur naturale emphyteusis, quicquid in scriptura concessionis cōtinetur, & quicquid in pactum fuit deductum iuxta textum in *l.* 1. *C. de iure emphyteus.* in illis verbis. *In quo cuncta, quæ inter vtrasque contrahentium partes super omnibus, vel etiam fortuitis casibus pactionibus scriptura interueniente habitis, placuerint firma, illibataque perpetua stabilitate, modis omnibus debeant custodiri. &c. §. adeo. instit. de de locat. Hostien. in summa de locat. numero* 12. *Aluar. Valas. dicta quæst.* 4. *numero* 3. *& Beroi. in dicto cap. potuit. num.* 20. † Et ita pactiones inter Dominum directum, & emphyteutam initæ, debent omnino seruari, siue sint in faciendo, vel in amittendo, vel non amittendo,

& ma-

& maxime pactum de non alienã do. *Bald. consi.* 426. *num* 1 *lib.* 4. alias emphyteuta non seruans pacta, cadit a iure suo, sicut caderet, etiam ob cessationem solutionis: vt post *Bald. tenet Ruin. cons.* 110. *num.* 7. *lib.* 1. & eleganter explicat *Reduan. in tract. de reb. Ecclesiæ. q.* 79. *cap.* 12. *num.* 1. quod non ex pœna, sed ex natura contractus procedit: vt tradit *Bal. in Authen. qui rem. C. de Sacrosanct. Eccles. Reduan. vbi supra, num.* 12. *Cenedo in* Collectan. 144. *num.* 51. *in fin. &* *Borgnin. decis.* 30. *num.* 19. *par.* 2. ra

61 tio. † autem propter, quam cadit emphyteuta a iure suo ob pacta nõ seruata est, quia emphyteuta illa non seruans, videtur eisdem renuntiare: vt tradunt *Hipol. Riminal. consi.* 673 *n.* 9. *& Paulus de Monte Pico. cons.* 79. *num.* 2. & est de mẽte Moli. *in Repert. verbo tributum. fol.* 322. *col.* 4. *in prin.* Inde cõtractus iste, de quo agimus, nõ est adstrictus certæ alicui formæ, sed eam accepit figuram, quam partes paciscendo imponunt, tam circa naturalia eiusdem, quam circa pa-

62 ciscendi modum. *Nata. cons.* 49. *num.* 18. *Balas. q.* 4. *num* 9. *vbi sup.* Quia † in hoc cõtractu magis, quã in quocumq. alio ab ipsamet iuris dispositione variare licet circa ea, quæ in iure de eo tradita, ac sancita sunt: & ita peculiariter in eo dispositum est, vt magis stetur pactis expressis, quam in quocumque alio contractu: vt tradit Pater *Ludouicus Molina Societatis Iesu* 2. *tom. de iustitia, disputatione* 459. (cuius auctoritatem non negabunt aduersarij.) Imo magis operatur in hoc contractu pactum expressum, quã natura illius: vt post Bal. in l. fi. C. locat. tradit *Surd. de*

63 *cis.* 180. *num.* 12. & † sic admittuntur in eo cõtractu pacta extranea, & diuersa a natura ipsius emphyteusis. glos. verbo omnibus, *in l.* 1. *vbi Bald. C. de iure emphyteut. & consi.* 426. *num.* 1. *lib.* 4. *Rolan. cons.* 96. *num.* 46. *vol.* 1. *& Caldas de nominatione emphyteu q.* 23. *num.* 46.

64 Vnde † interueniente pacto, per quod in concessione prohibeatur, alienatio bonorum emphyteuticorum in Ecclesiam, vel alios potentiores, non erit ab eo recedendum, quia prius secundum pacta, & illis non extantibus secundum consuetudines, quibus deficiẽtibus, secundum ius scriptum iudicãdum est: vt tradit *Pegueia in tractat. de fæud. præludio.* 2. *n.* 10.

Quibus sic præsuppositis, repetenda est, & ad memoriam reducenda clausula concessionis, siue tributationis nostræ, quæ continet pactum expressum, circa prohibitionem alienationis in potentiores, quæ sic se habet. *Encara es condicion, que no podades la dicha Villa, è cosas que a vos tributamos, diuidir en partes, ni dar, vender, alienar, ni en testament lexar, a Lampara, Moro, Iudio, ni Leproso, ni a persona potent, y priuilegiada, sino a fillos vuestros &c.*

65 † Quibus verbis adeo exuberantibus, & expressis, in pactum fuit deductum, id quod iam de iure, erat dispositum in bonis Ecclesiasticis: & ita plus debet operari, hæc alienandi prohibitio in potentiores, quam simplex iuris dispositio, tum quia duo vincula fortiora sunt vno. §. *affinitatis. institu. de nupti.* Tum etiam, quia in hoc contractu nullum debet esse verbũ otiosum, & sine operandi virtute. *l. si quando. ff. de lega.* 1.

*vt docet Surdus decis. 78. num. 22. in fine.*

65 † Ratio autem propter quam, tam secũdum Iuris dispositionem, quam secundum pactum supra relatum alienatio prohibetur in potentiores, & sic in Ecclesiam, vel Monasterium multiplex reddi solet: Prima, quia nulla spes relinqueretur Domino directo, recuperandi bona emphyteutica ob lineam finitam, si ea transirent in Ecclesiam, vt supra diximus num. 54. & tradit *Oldrad. consi.* 17. quia Ecclesia nunquam moritur. *cap. si gratiose de rescript. in 6.* vt latius declarãt inferius allegandi.

67 † Secũda, quia Ecclesia nunquã vel vix, ac non nisi magna ex causa seruatisq. iuris solemnijs, res ad se translatas alienare potest. *cap. nulli, & ibi DD. ex. de reb. Ecclesiæ alienan.* & sic frustratur Dominus directus iuribus Laudemij, & aliis quæ sibi competerent, si ad priuatum bona transirent, *Guiller. Bened. vbi supra. num* 553. *in fi. Hipoli. Rimin. consi.* 368. *n.* 52.

68 † Tertia ratio est, quia Dominus directus, difficilius, & maiori, cum labore posset exigere pensiones sibi debitas, & in pactũ deductas ab Ecclesia, quã a priuato, & difficulter posset cogere Ecclesiam ad obseruantiam aliorum pactorum, iuxta *text. in l. fi. C. de iur. emphyteuti. vbi notat. Ias. num* 97. *Alexand. consi.* 9. *num.* 5 *lib.* 3. *Menochi. consi.* 38 *nu.* 48. *& alij quos refert Caldas de Tereyra, in tracta. de renouat. emphyteut. q.* 19. *nu.* 17. *&* 13. Vbi has tres rationes eleganter explicat, tradit etiam *Bursat. consi.* 199. *num.* 12. *& Ioannes Gutierrez consi.* 12. *num.* 1.

69 † Nam Ecclesia, vel Monasterium, dicitur potentior, & manus mortua, quia nũquam moritur, imo res ad eius manus perueniens, vix illius dominium egreditur, quia homines per subrogationem perpetuantur. *l proponebatur. ff. de* Iudici. vt explicant *Guido Papæ q.* 361. *& Petrus Gregor. lib.* 15. *Syntagmatum. c.* 38. *nu.* 7. & sicut homo mortuus amplius non moritur, sic & manus mortua dicitur nunquã mori, & bona quæ ad eã perueniunt, amplius non recedent ab eius posse, proptereaq. in Ecclesiã, vel Monasterium prohibentur transferri, quod si de facto alienentur contra

70 emphyteusis naturam, † & aduersus pactum expressũ, priuatur emphyteuta omni iure sibi competenti, vt tradunt *Ioannes de Socarrats in Consuetudinib. Cathaloniæ. cap. eodem modo. num.* 74. *pag.* 128. *& latius Oliba in tractat. de iure fisci. cap.* 7. *num.* 11. vbi eleganter explicat, & ante eum *Iul. Clarus in §.*

71 *emphyteusis. q.* 33. † vbi resoluit supradicta, procedere tam in emphyteuta priuati, quam in emphyteuta Ecclesiæ, & esse communem asserit. *Paris. in d. c. in præsentia. nu.* 196. & in fæudis tenet *Ludouicus Peguera in tracta. faudorum. versi.* 7. *num.* 6. vbi rationẽ reddit, quia licet omnes Ecclesiæ (sic large sumendo Ecclesiam) sint vna, & eadem Ecclesia, non tamen propter hoc debet vni auferri, vt alteri detur. *cap. cum causam de Præben.*

72 † Ergo idem dicẽdum est in bonis emphyteuticis, vt nullo modo possint transire in Ecclesiam, vel Monasterium, quia eadem militat ratio de fæudo ad emphyteusim, & sic valet argumentũ de vno ad

aliud

aliud Guillermus Benedict. *vbi supra. verbo & vxorem. nu. 559. Pater Ludouicus Molina disputatio. 140. col. 760.* Qui loquitur de emphyteusi Ecclesiastica, quam asserit transire non posse in personas priuilegiatas, inter quas connumerat milites Curiales, & Ecclesiasticos, vbi rationem reddit n hæc verba, *multo autem deterior redderetur causa proprietatis, si emphyteusis transiret in Religionẽ, quia periret spes, quod vnquam solueretur Laudemium, & quod Dominium vtile regrederetur ad directum, ita affirmat Iul. Clarus. lib. 4. sententiarum. §. emphyteusis. q. 22. & commu-*
73 *nis sententia quam refert.* † Vnde nihil magis ab omni iuris ratione alienum ex cogitari potest, quam existimare emphyteusim a Domino directo, alicui cõcessam, ad Monasteriũ transire, quia id repugnat concedentis intẽtioni, qui si a principio cogitasset emphyteusim, aliquo modo ad Monasterium, vel Ecclesiã posse peruenire, eam nullatenus concessisset, propter rationes supradictas: vt testatur Caldas Pereyra. *in d. tract. de renoua. quæst. 19. num. 14.*

74 † Inde apud Cathalanos editæ fuerunt duæ piisimæ Pragmaticæ, per Serenissimum Regem Iacobum concessæ, altera de anno 1226. per quam prohibetur omnis alienatio bonorũ emphiteuticorũ in Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas, altera vero de anno 1288. qua prohibentur tabelliones conficere instrumenta, aliqua in quibus transferatur dominium vtile, vel directum, rerum immobilium ad personas Ecclesiasticas, seu ad loca Ecclesiastica, seu ad manum mortuam, nisi interueniente Regis mãdato, & licentia, vt refert Ioannes Socarrats *ad Consuetudines Cathaloniæ. c. eo modo. numer. 75. pagin. 128.*

75 † Nec dicatur, quod cum de iure non inueniatur Ecclesia prohibita succedere, ideo possit alienatio fieri in illius fauorem, Respondetur enim satis esse, quod sit expressum in iure, ne fiat dicta alienatio in personas prohibitas, iuxta text. *in dicta l. fin. C. de iure emphyteutico, & in dicto cap. potuit. de locat.* Inde enim bene infertur prohibitam censeri Ecclesiam, vel Monasterium, secundum Iuris dispositionem, quãuis speciali, & expresso pacto, non prohiberetur (prout in nostro casu prohibetur) cum ex supradictis, si talis contingeret alienatio, notabile preiudicium irrogaretur Domino directo, ex traditis a *Beroyo. in d. cap. potuit. nu. 20. & Ioanne Gutierrez. d. consi. 12. num. 4.*

76 † Ex quibus omnibus, magna cũ ratione, in omnibus emphyteuticis contractibus, seu tributationibus, iam diu vsu receptum est, & Forensis praxis admisit, vt adiiciãtur clausulæ prohibitiuæ, ha rum alienationum in potentiores, vel dissimilis status, aut conditionis personas, vt videre est in omnibus, quotquot sunt inuestituris, & concessionibus antiquis, & modernis, & per consequens, pacta ista omnino sunt seruãda, tamquã vtilia Dominis directis, & naturæ contractus consona, & aliter facta alienatio nullius momenti iudicari debet in preiudicium Dñi dire-

 cti,

cti, secundum communem Doctorum traditionem. *in l. filius Familias. §. diui. ff. de legat.* 1. *vt tenet Caldas. in tractat. de renouatione. quæst.* 19. *num.* 23. *vbi num.* 7. *&* 24. testatur, quod siue loquamur de emphyteusi priuata, siue de Ecclesiastica (de qua in nostro casu) omnis illa persona, per quã directi Domini conditio deterior fiet, censeatur prohibita ad emphyteusim accedere, siue potentior, aut magis priuilegiata, vel etiam impotẽtior fuerit ob inopiam, vt tenet Iason. *in d. l. fin. num.* 97. *C. de iure emphyteu.*

77 † Aduersus quam resolutionem non obstat si dicatur, quod priuilegiatus non vtitur suo priuilegio, aduersus pariter priuilegiatum, ex regul. textus. *in authentica, quas actiones. C. de Sacrosanct. Ecclesiis, vbi notant DD. & Bald. in l. iubemus nu.* 1. *C. ad Trebellia. Mandel. cons.* 126. *n.* 7.

Nam respondetur; quod maior, vel minor potentia, vel priuilegiũ impediens alienationem emphy-
78 teusis, † nõ consideratur habito respectu ad ipsum dominium directum concedentem, sed ad vtilem recipientem, vt eleganter explicãt *Nata consil.* 491 *num.* 7. *& pater Ludouicus Molin. de Iusti. tom.* 1. *disposit.* 140. *col.* 160. & ita quamuis Collegium Societatis Iesu pariter esset priuilegiatam atqui D. Archid. & Charitat. ratione fori, ad huc tamen maius, vel minus priuilegium non debet considerari vel referri ad D. Archidiaconum & Charitaterium concedentes, sed ad dictum Petrum Cornel
79 † recipientum. Quid quod licet omnes Ecclesiæ (sic large sumendo Ecclesiam) sint vna & eadem Ecclesia, non propter hoc, debet vni auferri, vt alteri detur *cap. cũ causam de præbend.* & in terminis feudi eleganter cõsiderat *Ludouicus Peguera in d. tit. de feudis Cathaloniæ versic.* 7. *nu.* 6 *fol.* 90. docens feudum Ecclesiasticum, quod tenet lacius ab Ecclesia in homagium, vel aliud seruitium, non posse alienari ab ipso laico feudatario in fauorẽ alterius Ecclesiæ, ex tradit a Fælin. *in capit. quæ in Ecclesiarum. nu.* 74. *de constitutionibus.*

Hæc igitur est ratio fundamentalis & genuina, propter quam non solum communiter in alijs tributationibus & inuestituris, vt supra diximus, sed etiam in nostra originali, specificis & expressis verbis prohibetur alienatio in lampadam, id est Ecclesiam & alios potentiores, per verba supra inserta, & de iure Castellæ, & Cataloniæ idem sancitum est vt latius supra diximus numeris. 58. & 64.

80 † Vnde cũ cõcludenter probatũ fuerit super articulo. 15. propositionis D. Archidiaconi, & Charitaterij Collegiũ Societatis habere continuo lampadam accensam: cum etiam pluribus & innumeris gaudeat priuilegijs dicto ordini concessis & comunicatis, vt tradit Hieronym. Gabriel. *consi.* 28. *lib.* 1. (quod aduersarij non negant) imo expresse fatentur in articulis. 45. 46. 47. 48. 49. 50. et. 51. suæ replicæ, asserendum est intrepide, eos tamquã omnino incapaces, de iure & expresso pacto prohibitos

tos esse in bonis appræhensis suc-
81 cedere, † Quia non solum alienatio inter viuos, sed etiam causa mortis, per testamentum prohibetur, vt patet ex nostra clausula, in illis verbis. *Ni en testament lexar &c.* Et de iure id certissimum est, in hac materia, prohibita alienatione rerum emphyteuticarum, prohiberi etiam alienationem ex testamento, vt tradunt *Bero ius in d. cap. potuit. nu.* 101. *&* 125. *Alexand. consi. 9. nu.* 10. *lib. 2. Anton. de Butr. d. consi.* 23. *nu. 6. Laderchi. Immolen. consi.* 141. *n.* 3. I*oannes de Socarrats vbi supra. num.* 74. *pag.* 128. & est cōmunis opinio, vt testatur Bertazo.
82 *consi.* 36 *num.* 1. *&* 12. † & in terminis fæudorum, tenet Peguera vbi *supra num.* 3. vbi asserit non esse fiendam eleæmosynam, nec peccata esse redimenda, cum iactura alterius, quia eleæmosinam largiri de alieno, est in conspectu Dei sicut victimare filium conspectu patris, & ideo non posse fæudum in Ecclesiam transire sine magno domini præiudicio, & quod si vasallus fæudum legauerit Ecclesiæ, non tenetur Dominus fæudi, imo refutare potest Ecclesiam inuestire, cum sit de personis prohibitis per text. in allegato cap. potuit. de locato.

83 † Quod si aliquis, a parenti pietate motus obiiciat, supradictam prohibitionem, esse contra Ecclesiasticam libertatem, quia aufertur Ecclesiæ id quod ei conceditur, vt considerat Immola *in cap. nouerit. de sententia excommunicationis.* & sic non tenere prohibitionem istam, sicut non tenet Statutum Laicorum, prohibens alienationem fieri posse in personas Ecclesiasticas, & in Ecclesiam, vt testatur Chassanæ. *in Consuetudinib. Burgun. rub. 9. titu. de mains mors. vers. le home de main morte.* §. 10. *numero.* 51.

84 † Respondeo prohibitionem supradictam, de qua in nostra inuestitura, nullo modo dici posse aduersus Ecclesiasticam libertatem, quia nullam infert iniuriam Ecclesiæ, qui beneficium non impendit, vt tenet Bald. *in l. de quibus. num.* 75. *&* 76. *ff. de legib. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num.* 71. *de constitution.* Imo huiusmodi prohibitio, dicitur habere ciuilem, & naturalem rationē, vt tenet Guilielmus Benedic. *vbi supra. n.* 533. *Hipolyt. Riminal. cōs.* 368. *n.* 46. vbi resoluit terras emphyteuticas cōcessas hōinibus, & habitatoribus Terrecenti, non posse diuidi inter Clericos illius Ciuitatis, quia concessæ fuerunt per Abbatem Nonantulanum in emphyteusim, cuius natura est, vt non transeat in potentiores ex ratione a nobis supra late declarata, per quam a num. 12. cum plurimis sequent. in his terminis resoluit, prædictos Clericos, non posse succedere, nec capere predicta bona, quamuis Ecclesiastica, vbi etiam testatur, dictam resolutionem non esse contra libertatem Ecclesiasticam, tenet etiam Mandel. *consi.* 194. *Ioannes Gutierr. d. consi.* 12. *num.* 1. *& Oliua, de iure Fisci. cap.* 7. *n.* 26.

85 † Qua propter in manu Domini

directi dicitur esse excludere Clericum, vel Ecclesiam a successione feudi, vel emphyteusis, si id speciali pacto prouideatur argumento, tex. *in l. in re mandata. C. mandati. & in l. fi. C. de pact. inter emptor. & in terminis tradit Caldas. in tracta. de nominatione. q. 22. n. 7.* & in similibus Augusti. Beroius *in c. in præsentia. num.* 484. *de probationib.* vbi tradit, posse testatorem in suo testamento prohibere, ne bona sua ad Ecclesiam perueniant: vt tradit Bartol. *in l. rescriptum. §. sciendum. num. 5. ff. de muner. & honor. Hipoli. Riminal. d. consi.* 368. *num.* 61. *Bouadilla libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 204. *cum seque.* Explicat etiam Molin. noster in Reportorio *verbo infantio. versic. sed quero. fol.* 174.

86 *colum.* 3. + Et ita quamuis non possint fieri statuta, nec aliquid disponi in præiudicium Ecclesiæ, postquam bona fuerunt illi acquisita, id tamen nullo modo procedit ante acquisitionem, nam tunc cuilibet licet, quælibet pacta apponere in sua dispositione, quod nullo modo dicitur Ecclesiæ odiosum: vt tradunt *Ioannes Gutier. Oliba. & Mandel. vbi supra.*

87 + Quæ multo fortius, procedunt in nostro Regno, in quo Iudex Carthæ stare tenetur, *Obseruan. Item Iudex, de fide instrum.* vnde cum verba emphyteusis supra relata, manifeste prohibeant bona appræhensa, transire in lampadam, idest in Ecclesiam, & in potentiores, vel priuilegiatos, necessario asserendum est, iuste, & legitime, fuisse declaratam caducitatem a Dominis directis, ob non seruatum pactum in inuestitura expressum, quia verbis concessionis inhærendum, & omnino standum est, vt docent *Antoni. de Butr. d. consi.* 23. *n.* 3. *Hieronym. Gabr. consi.* 168. *num.* 10. *lib.* 1. *& consi.* 69 *nu.* 14. *&* 21. *lib.* 2. *& Ioannes Gutie.*

88 *consi.* 12. *num.* 9. *in fi.* + & ob pacta non seruata emphyteuta, cadit a iure suo (vt supra diximus) cum illius ius fragile sit, & perdatur, siue fiat contra pactum, siue contra legem. *Bald. in l. fin. 2. lectu. notab. vltimo. C. de iure emphyteu. Rayn. cõsi.* 110. *nu.* 1. *& consi.* 167. *nu.* 18. *vol.* 1. *Paul. de Montepico. consi.* 8. *num.* 3. *& consi.* 79. *nu.* 2. *&* 3. vbi allegat Bald. *in cap.* 1. *§ & quia vidimus: versi. vlterius quero. tit. de his qui*

89 *feudum dare possunt,* + & ita pacta apposita in concessione, super quibuscumq. capitulis, & maxime, super emphyteuta reiciendo, valent, & sunt seruanda: vt tradit Reduan. *in dicto tracta. de reb. Ecclesiæ. quæst.* 79. *cap.* 12. *num* 4. *&* 5. vbi num. 23. addit hæc verba, *Si enim faciens contra naturam cõtractus, expellitur multo fortius, faciens contra expressam conuentionem. Bald. in l. si quis, & in l. fin. C. locat.*

90 + Et de Iure Castellæ, decisum est, in l. 28. titu. 8. Partita 5. in illis verbis. *Otro si deuen ser guardadas todas las conuentiones que fueren escritas, è puestas en el,* vbi Gregor. Lopez, verbo conuentiones, quod etiam confirmat l. 68. Tauri, in illis verbis. *Que se guarde el contracto, y se juzgue por el puesto que la pena sea grande, y mas de la mitad.* quæ lex quamuis loquatur in censu, etiam procedit in contractu emphiteuti

co

91 co † vt tradunt praxi receptũ esse *Ioannes Martinez de Olano in cõcordia antinomiarum litera. A. numer.97. Aluarus Balas. de iure emphiteu q.32.n.31. et Ioannes Gutier. in tractat. de iuran.confirma. 1.part.c.31.num.*10. & ita a primo ad vltimũ concludendum est iustissime in nostro casu fuisse declaratã caducitatẽ, ob subsecutam contrauentionem, per alienationẽ factam in Collegium societatis, & sic in ecclesiam, potentiores, & priuilegiatos, contra pactum in concessione expressum, & contra propriã contractus emphiteotici naturam.

Aduersus supradictam conclusionem communẽ, & solidam doctrinam insurgit Collegium in articulis 42. & 43. suæ replicę asserens, clausulam prohibitiuam alienandi in potentiores, in nostra & similibus concessionibus appositã esse, magis ex stylo, & frequenti Notariarũ vsu, quam ex partium contrahentium consensu; Ad cuius probationem plures testes deposuerunt (nihil tamen concludunt) & ita existimãt per alienationem factam in Collegium nullatenus potuisse dominos directos declarare caducitatem, quia clausula ex stylo notariorum apposita † & nõ
92 ex voluntate partium nihil operatur in contractu, iuxta Barto. doctrinam communiter receptam. *in l.1.num.*10.*ff. de iur. codicillorum. Barbatia, consil.*48.*num.*8.*volm.*2. *Curti. Iunior. consil.* 101. *num.*10. & 11. *Socin. Iunior. consil.* 116. *num.*21. *libr.* 2. & *Menochi. alios referens. consi.* 37.*n.*156.

93 † Respondetur tamen supradicta, nullo modo obstare, nam quod dicitur clausulam istam prohibitiuam alienationis in potentiores, ex stylo Notariorum apponi, falsissimum est, constat enim huiusmodi prohibitionem, naturalem esse huius contractus, de quo agimus; tã secũdũ iuris dispositionem, quam secundum pacta expressa: vt latius diximus in principio huius articuli, num, 55. & 59. Imo etiam in aliis contractibus, dicuntur naturales qualitates. † Et clau-
94 sulæ quæ frequenti, & assidua consuetudine apponuntur, argumento, tex. *in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædilitio edic.* vbi probatur euictionem, esse de natura emptionis, & venditionis, licet a consuetudine fuerit profecta, & ita qualitates naturales semper in esse videtur, nisi speciali pacto fuerint sublatæ, iuxta Bald. doctrinam. *in proœmio feudorum. nu.* 46. receptam per Ioannem Corras. *libr.* 3. *miscellanear. cap.* 10. *nu.*4. Vnde ad Notarij officium spectat huiusmodi clausulas apponere, etiam si a partibus, nihil dictũ fuerit, quia iuris præsũptio est, quod ita inter partes conuenerit, quia sic inter alios consuetum est, nisi de contraria voluntate constet, vt per dictũ §. *qui assidua*, bene distinguit, & resoluit Menochi. *d. consi.* 37. *nu.* 20. *cum seq.* vbi a nu. 24. pluribus exemplis hanc veritatem illustrat, & inde dicitur omnia in Instrumẽto contenta, præsumi posita de partium voluntate, vt tradit *Curt. Senior. consi.* 49. *num.* 75. & *Menochi. lib.* 2. *præsump.* 79. *num.* 2.
95 Ideoq. † semper dicitur recurrendum esse ad tenorem inuestituræ, siue concessionis, vt tradit Bald. *in d. proœmio feudorum. nume.* 47. cuius doctrina etiam procedit in

*emphiteusi vt tradit Barbatia in additionibus ad Bal. vbi supra litera*, A. proptereaq. in dubio censetur Notarius rogatus apponere clausulas consuetas,& habētur pro appositis. vt tradit Cagnol. *in l. si librarius num.* 50. *ff. deregu. iur. & Bertazol. in tractat. de clausulis clausula.* 4 *glos.* 34. *num.* 2.

96 ✝ Et ad Bartol. doctrinam *in l.* 1. *num.* 10. *de iure Codicillorum* respondetur, illam tamquam falsam & omni fundamento carentē improbari a Menochio. *d. consil.* 37. *num.* 172. 173. quod in nostro Regno sine dubio est propter Carthæ rigorem, eiusq. authoritatem quam supra expendimus,quia nullum yota debet dari in cōtractu sine virtute aliquid operandi:vt explicat Bardaxi *in foro.* 11. *num.* 2 *de apprehensio.* & per consequens prohibitio alienandi in potentiores, non debet esse sine effectu in nostro contractu, vt deponit etiam Michael de Villanueua, testis per partē aduersam productus,& examinatus super articulo 42. suæ replicæ,qui plene probat contra producentem ex celebri doctrina. Roma. consil. 104. & ibi Mandos.

97 ✝ SECVNDO, conatur Collegiū illudere vim,& naturam huius cōtractus emphiteutici, & expręsę prohibitionis alienādi sub prætextu cuiusdam assertæ consuetudinis allegatæ,(non tamen probatę) in articulo 43. suæ replicæ, dicitur enim plures factas fuisse alienationes bonorum emphiteuticorū in Ecclesiam,Monasterium, Hospitalia & alios potentiores, & nihilominus per Dñum directum nūqūā ex hoc capite fuisse declaratam caducitatem,propter quod prætendit Collegiū,minus debite declaratā fuisse in nostro casu,quia omnis dispositio recipit interpretationē & supplementum a consuetudine *l. certum.* §. *fin. ff. ne quid in loco publico.* Iason *in l. vt liberis, nu.* 7. *C. de collationib. & in l. certi conditio.* §. *si numos num.* 5. *ff. si cert. petat.* vbi post Barto. notat, bonū esse argumentum quod sumitur a solitis, vt docet Salazar *in titu. de vsu. & consuetudine. c.* 2. *num.* 2. & in terminis fęudi dicitur consuetudinem specialem alienandi in personas incapaces derogare, generali consuetudini fęudorum, vt post Obertum & Ioannē fabrum tenet Peguera. *versi.* 7. *n.* 27. *supra & Chasanæ. Rub.* 9. §. 10. *vers. & nenten dont. ponit. num.* 1.

98 ✝ Respondendum tamen est,in nostro casu, nullo modo constare de prætensa consuetudine, quam aduersarij tenebantur concludenter probare, tam de iure, quam de foro, tamquam fundamentum suæ intentionis, *l.* 1. *C. quæ sit longa cōsuetudo ibi probatis,his quæ in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt. c. cum dilectus de consuetudine.* vt tradūt Hostien. *in summa eod. titulo. n.* 9. *Alberi. in l. de quibus. num.* 48. *ff. de legib. Crauet. de antiquit. parte.* 1. *num.* 40. & plures referens *Burgos de Paz in l.* 1. *Tauri nu.* 110 *cum sequent.* quod adeo procedit, vt alleganti consuetudinem, incūbat onus probandi, in eademmet facti specie sic seruatum fuisse, id est in terminis omnino similibus,

99 quia consuetudo tantum ✝ habet potentiæ, quantum actus, & non vltra *l.* 1. §. *si quis hoc interdicto vbi notat. Bart. ff. de itiner. actuq. priuat.*

*nat. Anchar. consil.* 339. *num.* 8. *Car. Iuni. cons.* 26. *in fin.* & *Surd. decis.* 131. *num.* 8. 9. *Burgos de Paz supra num.* 93. & non solum tenetur probare consuetudinem, sed etiam ipsius consuetudinis qualitatem ex his quæ notat Ioan. Andre. *in c.* 1. *de homi.* & *Burg. de Paz in d. l.* 1. *Tau. num.* 114. & ideo talis consuetudinis probatio reputatur difficilis probationis, ex traditis a Roc. de Curt. *in c. fin. quæst.* 6. *de consuetudin.* & Borgni. *decis.* 21.
100 *num.* 46. *part.* 1. † & etiam iudicatur impossibilis probationis, secundum Fulgos. *consil.* 6. & *Hieronym. de Rosis. in consil. vnico relato per Viuium post decisio.* 225. *num.* 20. maxime quando consuetudo respicit litis decisionem, vt cum cõmuni resoluit Marcus Antonius Eugen. *consil.* 97. *n.* 82. *lib.* 1 nec sufficit quod probetur consue-
101 tudo generaliter † quia debet probari specifice in casu de quo agitur ita post Ancharran. & Alexan. tenet Hieronym. de Rosis *vbi supra num.* 21. in nostro autem casu nullatenus probata est consuetudo ex aduerso allegata, quia testes aduersi quamuis asserant plura bona emphiteutica transiuisse in Ecclesiam, tamen non asserunt in tributationibus illis appositam fuisse clausulam istam prohibitiuã alienandi in potentiores, etiam ex estamento (de qua cõtendimus) & sic eorum depositiones nullo modo aduersantur, nec probant in hoc casu contrariam consuetudinem, cũ enim dicta prohibitio, vt supradiximus fit de naturalibus cõtractus emphiteusis, potuerunt contrahẽtes non apponere in dictis tributationibus talem alienanandi prohibitionem, ex doctrina Menochij d. *consil.* 37. *num.* 20. & quando aliqui ex dictis testibus asserãt vidisse in tributationibus dictam clausulam prohibitiuam, adhuc tamen nihil concludunt, quia non asserunt in dictis tributationibus cõtineri prohibitionem alienandi ex testamento, imo contrarium deponit Did. Michael Malo testis ex aduerso productus super articulo. 42. replicæ, vel non dicunt bona sic prohibita alienari ex testamento fuisse ex testamento alienata in Ecclesiam, vt colligitur ex eorum depositionibus (si cum iuditio expẽdantur) & sic nullo modo dici potest probatam esse consuetudinem; quia debent concurrere omnes qualitates de quibus in facto cõtrouerso Oldrad. *consi.* 237. *n.* 3. & 4. *vbi asserit ex consuetudine diuidendi feudum inter consortes non inferri ad facultatem legandi, quia in materia consuetudinis non infertur de vno ad aliud quamuis militet eadem ratio Anchar. consil.* 395. *num.* 11. *Surd. decis.* 131. *nu.* 9. & *alij supra.* Vnde Ancharra. *consil.* 339. *nu.* 8. *versiculo ad secundam rationem asserit,* quod si quis vult probare consuetudinem, quod extantibus masculis fæminæ non succedant, non sufficit si probet aliquas fæminas fuisse exclusas, sed probare debet, fuisse exclusas in vim consuetudinis, sequitur Crauet. *consil.* 171. *num.* 14. & *consil.* 197. *num.* 12. & *consil.* 226. *num.* 2. *optime Hieronym. de Rosis in consil. relato per Viuium post. decis.* 225. *num.* 19. & *sequent.*

102 † Et vlterius hæc cõfirmatur nam in casibus per dictos testes relatis quãuis daremus interuenisse omnes

qualitates (de quibus in nostro) nõ sequitur probari consuetudinem, ratio est, quia potuerunt domini directi per patientiam vel ex hu-humanitate, de ferre dictis alienationib⁹, & spõte veliure familiaritatis dissimulare, & tunc nulla iudicitur cõsuetudo *ex l fin. ff. de itin. actuq. priuat* Ias. *in l. de quibus. numer.* 96. *ff. de legib. & Alba Mandel. consil.* 556. *n.* 23. *vol.* 3. *Thom. Triuisan. li* 2. *decis.* 54. *n.* 26. *&* 27. Chasanæ videndus rub. 9. §. 9. in princi. pagin. 227. num. 7. vbi docet alienationem factam in manum mortuam, ita demum non tenere, si sit persona reuocare volens, scilicet dominus, vnde a contrario sensu, si dominus non reuocauerit, valebit alienatio, & substinibitur, argumento tex. in *l. filio præterito. vbi glos. verbo. tuebitur. ff. in iusto rupto* & ita Iul. Clar. d. §. emphiteosij. q. 33. docet subsecuta alienatione in Ecclesiam, contra prohibitionem iuris & pacti, posse Ecclesiam dominam directam, bona alienata ad se auocare, alias vero transire in Ecclesiam.

Præterea etiam, quia nulli, ex testibus ex aduerso productis, asserũt assertam consuetudinem obtẽtam
103 fuisse † in conttadictorio iuditio quod necessariun esse, ad probandum consuetudinem tenent glos. Rub. *C. quæ sit longa consuetudo & glos. magna in c. fin. de consuetud. & dicit communẽ Alexand. consil* 132. *num.* 4. *volum.* 1. & quãuis Aymon. Crauet. *in tractat. de antiquit. tempor.* 4. *part. in prin. num.* 33 *& alij quos refert* Ceballos *in suis quæstioni communibus quæst.* 358. teneant contrariam opinionem, & sic quod non sit necessarium eam obtinere in contradictorio iuditio ex ratione quam tra-
104 dit Panormit. *in c. fin. num.* 16. *de consuetudi.* † tamen huiusmodi contrariæ communes opiniones, reducendæ sunt ad concordiam, quod scilicet in actibus extra iudicialibus, non sit necessarium quod consuetudo obtineatur in cõtradictorio iudicio, secus vero in actibus iudicialibus, in quibus nos versamur, nam tunc necesse est, quod in contradictorio iudicio sic fuerit obseruatum, ita distinguit Menochi *consil.* 187. *nu.* 57. *&* 58. vbi alia requisita refert quæ in nostro casu desiderantur, & Menoch. sequitur Vincentius Anibalius in
105 *addition. ad Mandel. consil.* 579. *literab. in fin. lib.* 3. *Decian. lib.* 4. *Resp.* 50. *nu.* 27. & † quod plus est, ac omnem sub mouet scrupulum supradicti testes non deponunt de contradictione extraiudiciali quod necessarium esse tenet Cra-
106 uet. *consil.* 55. *nu.* 6. *& sequitur Vincent. Anibal. vbi supra litera d.*

† Sed ne diutius in hoc consuetudinis articulo immoremur, aduertendum est, certum esse exprobatis in processu per partem aduersam, potius constare de contraria, quam de prætensa consuetudine: deponunt namque Doctor Paschasius Mandura, Doctor Gabriel Sora Canonici Ecclesiæ Metropolitanæ huius ciuitatis, Doctor Didacus Espes, & Magister Michael Villar ac etiam Magister Hieronym. Aldouera testes ex aduerso producti, vidisse quod capitulum Sedis Cæsaraugustan. comissauit quædã bona sibi tributaria, vulgo *el soto de los Aldoueras*, ex eo quod Hieronymus de Aldouera tunc

tunc dominus vtilis prædictorum bonorum ingressus fuit Monasterium diui Augustini, ibiq. solemnem professionem emisit; declarataq. caducitate, & vtili cum directo dominio consolidato factaq. bonorum apprehensione, siue sequestratione, sententiam fuisse latam in hoc possessorio iudicio in fauorē dicti Capituli tamquā Domini directi dictorum bonorū. Vnde verius dicendum est constare de contraria consuetudine, & sic de intentione D. Archidiaconi, & Charitarerij: quod quamuis non sufficeret (prout sufficit) ad corroborandū naturam contractus, sufficit tamē ad elidēdam & labefactādam pretēsam & allegatam consuetudinē, quia ex actibus varijs & difformi-
107 bus + nō inducitur consuetudo secundum Bart. *in l. 2. ad fin. principij ff. soluto matrimonio, Rota nouissim. diuers. 1. par. decis. 438. n. 3. & decis. 19. nu. 6. par. 2. Alex. consil. 5. nu. 7. lib. 5. Mandel. cons. 253. n. 16 vol. 2.* quia consuetudo non debet incerta esse & obscura, sed
108 certa & clara + ad exemplum legis quā imitatur Hostien. *in tit. de cōsuetudin. §. fin. in fin.* Vnde Bal. *cōsil. 24. n. 2. vol. 4.* docet in diformibus non cadere consuetudinē, neq. præscriptionem, neq. certam præsumptionem per tex. *in l. scio. §. medico ff. de annuis legat. Nata in additionib. ad Alexan. cons. 5. nu. 7. lib. 5. Burg. de paz. in d. l. 1. Taur. nu. 256. Hippol. Riminal. cons. 257. nu. 42. & cons. 264. nu. 28. & 29.*
109 + Imo attendi debet vltimus status vel vltimum solitum. *l. mella versic. quid ergo ff. de aliment. legat. gloss. verbo vltimo in c. cum Ecclesia Sutrina de causa possessio. & proprietat. Rocus de Curte in c. fin. numer. 417. de consuetudin. Alex. in d. consil. 5. nu. 7. lib. 5. Ferret. consil. 87. nu. 3. & Borgnin. decis. 36. nu. 277. par. 2.* maxime quando vltimus status concordat cum propria rei natura (sicut in nostro casu) in quo vt supra retulimus vltimus status consonat naturę emphiteusis, & pactis in concessione expressis: tunc enim praxis conformis vltimo statui præualere debet ex tradit. ab Hippolit. Riminal. *cons. 153. Borgnin. d. decis. 36. n. 275. part. 2. Rota. nouissima. diuersorum decis. 37. nu. 33. part. 2.*

Supradicta corroborantur ex depositione Michaelis de Villanueva Notarij testis producti per partem aduersam, qui super eodē articulo 43. replicæ fol. 187. deponit, quod si in inuestitura apponatur clausula per quam prohibeantur alienari bona emphiteutica in potentiores (prout apposita est in nostro casu) tenebuntur contrahētes prædictum pactum obseruare, cuius testis dictum quamuis vnici
110 probat contra + producētem, ex celebri cons. Romani. 104. *n. 6. Marian Socin. cons. 69. nu. 12. lib. 1. Paris. cons. 50. n. 60. lib. 1. & Anton. Gabri. in suis communibus tit. de testibus. conclus. 1. numer. 14. & 15. Honded. consil. 79. num. 53. lib. 1.*
111 Tandem quamuis ex aduerso probata fuisset pertensa consuetudo, de qua non cōstat, adhuc tamē non obstaret: quia expresso pacto vt supra diximus cautum est, ne huiusmodi bona in Ecclesiam vel alios potentiores transirent: quo casu contra specificam conuentionem consuetudo iudici non potest

D glos.

*glos. verbo officiali in capit. 2. de consuetudin. lib. 6. sequntur Deci. consil. 280. numer. 6. Mandel consil. 253. num.* 11. *& consil.* 374 *numer.* 18. quia vt supradiximus emphiteusis ex partium cõuentione legem accipit *l. 1. & 2. C. de iur. emphit.* vt in simili resoluit Beroy. *consil.* 107. *in fin. volum.* 1. docens consuetudinem nõ soluendi canonem non excusare emphiteutam quando speciali pacto ad eius solutionem tenebatur quia contractus emphyteuticus ex couentione legem accipit *d. l.* 1. C. de iur. emphit. & sequitur Corbul. in tit. de causa priuationis ob non solutum canonem limit. 2. *numer.* 11.

112 ✝ Quod si aliquis obijciat virtute illius clausulæ de qua in inuestitura *y aquien vos querredes, &c.* concessam esse facultatem alienandi & legandi in fauorem Ecclesiæ vel aliorum potentiorum, iuxta communem opinionem traditam per Roland. *consil.* 3. *num* 60. *& consil.* 41. *num* 16. *lib.* 1. *Zel. Vgo consil.* 26. *num.* 13. *&* 33. *et Iulius Clarus. §. emphiteusis quæst.* 13. *numer.* 9. vbi supradicti affirmant seruandum esse tenorem inuestituræ, per quam speciali pacto prouidetur, quod liceat emphiteutæ, in quo scumq. voluerit alienare, & quod per consequens poterit alienare in personas inhabiles sine Domini directi licentia.

113 ✝ Nam respondetur, supradictã commenem sic generaliter intellectã falsissimam: esse nã pactum prædictum in inuestitura apposisũ, si sic generaliter intelligatur est contra emphiteusis naturam, eique directo repugnat. vt supra late resoluimus, vnde applicari potest doctrina Speculatoris *in titulo de locato. §. nunc aliqua nu.* 117. *& glos.* Ioan. *Andræ & Salicet. in l. 2. C. de iure emphit.* asserentium, quod pactum contra substantiam & naturam contractus non valet. *l. cum precario. ff. de precar. Roland. consil* 3. *num.* 13. *& consil.* 42. *num.* 5. dum docent prędictum pactum intelligendum esse secundum naturam contractus. *l. si vno. ff. locat.* Imo si dicta communis ita generaliter intellegeretur prout ex aduerso prætenditur instrumentum inuestituræ contineret in nostro casu repugnantiam cum specialiter in eo caueatur, nõ posse fieri alienationem in Ecclesiam vel potentiores & sic illa verba *y aquiẽ vos querredes &c.* sunt intelligenda, dummodo sint personæ capaces, & non prohibitę, tam ex pacto, quã

114 ✝ ex natura emphiteusis, vt in his terminis post Cels. Vgon. *d. consi.* 26. *num.* 45. *resoluit Ioan Gutierr. consil.* 12. *numer.* 39. nam clausula (ad omnem voluntatem & similis) non operatur remissionem eius quod est de natura actus Roma. *cons.* 271. *num.* 3. *quem & alios refert Becius consil.* 88. *num.* 12.

115 ✝ Aduersus supradicta non obstat quod societas Iesu annumeretur inter Ordines Mẽdicantium, & per consequens quod gaudeat priuilegijs Summorum Pontificũ, quibus Mendicantibus concessum est, obtinere posse quęcumq. bona etiam feudalia & emphiteutica, quantumuis iure directo ad Ecclesiam pertineãt, vt continetur in Bulla Leonis Decimi in hæc verba, *& quæcumque bona etiam feudalia, et em-*

*ac emphiteutica etiam ecclesiastica eidem cõfraternitati tam inter viuos quam mortis causa seu testamento vel codicillo dari concedi & relinqui libere possit ita tamen quod ipsa Archiconfraternitas ad eadem onera ad quæ donator seu testator huiusmodi ocasione bonorũ eorundem tenebatur & quæcumquealia quæ ipse donator seu testator etiam imposuerit omnino teneatur, motu proprio non ad* Iulij *Crrdinalis vel aliorum instantiam sed nostra mera liberalitate & ex certa nostra scientia perpetuo statuimus & ordinamus* Quod priuilegium societati dicitur esse comunicatum per alios summos Pontiff.

116 † Huic tamen difficultati responderi potest, quod licet Papa de potestate absoluta omnia possit c. cuncta per mundum. 9. q. 3. c. 2. de præb. lib. 6. & ita possit æquare quadrata rotundis *Curt. Iun. consil* 10. *num.* 4. tamen de potestate ordinaria, non potest bona & iura vnius Ecclesiæ auferre & dismembrare, & alteri concedere, vel vnire sine causa, scambio, siue recompensatione & consensu Prælati dictæ Ecclesiæ ex traditis a Roman- *consil.* 369. *nu.* 27. *ibi Mandos. & cons.* 345. *nu.* 5. *& n.* 15. *Beroi. cons.* 127. *n.* 73. *& sequent. volum.* 2. *Frãciscus. Marcus decis.* 1120. *nu.* 2. & 14. *& per t. tã p.* 1. *Reduan in tract. de rebus Eccles. alien. q.* 44. *n.* 9. *&* 28. *& Borgnin. decis.* 4. *nu.* 14 *cum sequent p.* 2. vnde quãuis omnes res Ecclesiarum sint Papæ, tamẽ sunt in vniuersum & nõ in particulari, & sunt de absoluta & plenaria potestate. *Crauet. cons.* 675. *num.* 14. *Francis. Mar. supra n.* 7. *Roma d. cõs.* 379. *n.* 27. *vbi Mãdos. litera. y & Borg. sup. n.* 19. & ita Papa per suũ mandatũ non censetur in dubio derogare iuri alterius glo. *in c. ecce.* 99. *d. Fran. Marc. decis.* 1120. *num.* 16.

117 † Tamẽ in nostro casu etiã supposita potestate, deficit volũtas quia Princeps nũq. censetur tertio periudiciũ irrogere. *l.* 2. *§. merito. & §. si quis a princip ff. ne quid in loco publico. l. nec damnosa. C. de precib. imper. offeren.* & sic nũquã cõcedi. solẽt priuilegia in alterius iniuriã. *l. impuberi. ff. de administ. tuto. Mãdel. cõs.* 130. *n.* 2. *Hipp. Rim. cõs.* 565. *n.* 141. *Deci. cõs.* 11. *n.* 4. vbi subdit verba priuilegij potius impropriari debere, quã quod tertio præiudiciũ inferant *Rom. cons.* 334. quia in rescriptis & cõcessionibus principũ semper subintelligitur clausula saluo iure alterius. *l. authoritate vbi glo. & DD.* C. *vnde vi* intelligi enim debẽt secundũ intẽtionẽ concedẽtis Mandel. *cons.* 153. *n.* 48. 53. *Francis. Marc. decis.* 135. *n.* 1. *part* 2. *Hippol. Riminal. cons.* 446. *nu.* 23. & ita indubio fieri debet interpretatio, secũdum quã minus lędatur ius commune *crpit. ex parte el* 1. *de verborũ significa Bellamera in. c. causamq n.* 2. *&* 3. *de rescript. Pa ris. cons.* 6. *n.* 14. 17 *li.* 2. *Thom. Trinisan. decis.* 65. *n.* 11. *&* 12. *li.* 1. & in terminis fieri debet interpretatio quatenus priuilegiũ vel rescriptũ

118 minus † pręiudicet feudi & emphiteusis naturę, vt pluribus cõfirmãt Philip. Deci. *consil.* 516. *n.* 27. *Crau. cons.* 828. *n.* 18. quia debent stricte & strictissime interpretari secundũ doctinã Innocen. in. c. dudum post principi. de priuileg. *Abb. Panormit. cons.* 57. †

119 *nu.* 4. *lib.* 1. *Philippus Portius consil.* 166. *n.* 79. &

 *Meno-*

*Menoch. consil.* 75. *num.*29. vnde cum emphiteusis ex propria natu
120 ra non transeat ad Ecclesiam† vel alios potentiores, secundum supra dicta: debet interpretari priuilegiū supra relatum & alia similia, quatenus minus derogetur iuri cōmuni & emphiteusis naturæ, & per consequens saluis pactis, in concessione expresis, iuxta singularē Bal. doctrinam *consil.* 465. *nu.*5 *lib* 5. *vbi.* loquens de quadam renouatione concessa a domino directo in præiudiciū pactorū primę concessionis in hæc verba loquitur *Itē renouatio Episcopi nō nocet Paci, quia nō erat emphiteusis reuersa ad Episcopatū maxime libere, erat enim affecta per pactum de iure accrescendi, nec potuit transire nisi cum sua causa l si aquæ ductus. ff. de cōtrah. emptio. sed si illud pactum non fuißet appositum teneret dicta refirma vltima pro parte dimidia vt in dicto.§. cū talibus. Nō obstāt Paci illa verba, & quicquid placuerit faciendum, quia intelliguntur saluis pactis & natura contractus &c.* & magis in terminis idē Bal. *consil.* 426 *num.*3 *lib.*4. vbi resoluit, quod quamuis Monasteriū regulariter habeatur loco filij iuxta notat. in c. in præsentia †de pro
121 bation. tamen quando dominus vtilis ingreditur Monasterium, si emphiteusis sit Ecclesiastica, Monasterium non habetur loco filij, si expresso pacto Monasteriū est exclusum: Baldi enim verba sunt hæc. *Præterea illud est verum nisi expresse sit determinatus casus ex quo agitur per formam pacti vel testamenti. sed hic est determinatū quod Monasterium succedere non posit ergo &c.* cuius doctrinam eleganter confirmat Augustin. Beroi. *in d. cap. in præsentia. n.* 483. docens non ita nos debere esse fauorabiles Ecclesijs vt, alijs inferatur iniuria. *cap. ex tenore de foro competen.* quod procedit etiam si priuilegium concessum fuerit cum clausula non obstantibus, quia hæc clausula nō ampliat gratiā Ruyn. *consi.*60. *nu.* 4. & 5. *lib.* I. & *Borgnin. decis.*46. *nu.*425. *part.*1. imo nulla plenitudo verborum appositorum in rescriptis, tollit ius quæsitum tertio, vt late prosequitur Azeuedo. *li.*1. *tit.*3. *l.*14. *n.*41 & ita per dicta priuilegia Summorū Pōtiff. & per clausulas in eis apposita tantum tolluntur, vsus, consuetudo & in habilitas de iure inducta ad succedendum, non vero pacta inuestituræ, vt in terminis feudorum declarāt Io. Socarrats. ad consuet. Catha. *cap. item si quādo n.*12. & *Peguera in tit. de feud. Cathalon. vers.*4. *num.*53.

Quod si dicas, verba dicti priuilegij reddi otiosa, si eo modo intelligerentur. respondeo, Imo operari vt per ea tollatur incapacitas & inhabilitas, per quam de iure Ecclesiastici erant prohibiti succedere in bonis emphiteuticis, vt supra latius diximus, non tamen tollitur inhabilitas, vel incapacitas procedens ex pacto expresso supra relato, argumento tex *in capit. multiplici vbi glos. & communiter DD. de decimis* Anton. de Butrio *in c. per venerabilem n.* 15. *qui filij sint legi. Socarrats, & Peguera vbi supra. & Rot. nouissima diuersorum decis.*614. *num.*12. *part.*1. & inde quando præcesit pactum, vel contractus, non præsumitur in Principe causa ad derogādū con-

contractui; *Paul. de Cast. in l. digna vox. C. de legib. Roland. consil. 45. num. 15. lib. 3. Menochi. consil. 264. num. 86. & Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 31.* Ioannes *de Neuisano consil. 12. nu.* 145. *inter consilia feudalia diuersorum.* & ratio est, quia plus operatur ex-
22 pressum † pactũ additum iuris dispositioni, quam sola iuris dispositio, quia duo vincula fortiora sunt vno. §. *affinitatis instit. de nuptijs* pactum enim plus operatur quam lex & tenatius est, & magis stabile secundum glos. *& Bal in tit. feud. titul. de feud. marchiæ. §. si duo.* & quia durius agitur cũ homine quã cũ lege. *l. cælsus. ff. de Arbit. vt tenet Socin. Iunior consil. 46. num. 36. & 37. lib. 4 optime. Franciscus Becius. consil. 32. num. 14.* vbi docet præscriptionem conuentionalem non compræhendi sub priuilegio a superiore concesso, ne militibus vlla currereret præscriptio, quia priuilegia æquiparãtur statutis, ex tradit. a Beroi. *consil. 3. numer. 4. lib. 1.* statuta autem semper interpretari & intelligi debent vt quãto minus fieri possit derogent iuri communi & rationi. *cap. cum dilect. de consuetud. cap. ex parte de verbo. signifi. vt explicat idem Beci. vbi supra num. 18. cum sequent. Tesaur. decis. 263. nu. 5.*

123 † Ex quibus recte conuincuntur duo errores Fratris Ludouici Lopez (Salua eius pace) *in suo instructorio negociantium. lib. 2. cap. 31. pag. 441. col. 1. versic. idemq dicendum* quatenus docet interuenien te pacto de non alienanda emphiteusi in Monasterium; non prohiberi successionẽ testamentariã, vel ab intestato, quod alienum est ab omni iuris dispositione secundum communem resolutionem traditã ab Antonio de Butrio. *d. consil. 23. & Bertazol. consil. 36. num. 1. 2. & 3. & 12. in ciuilibus. & Laderc. Imolen consil.* 141. vt Latius supra dixi. n.

124 † Præterea asserit Frater Ludouicus Lopez vbi supra, pactum illud, quo emphiteusis prohibetur transire in Monasterium, nichil operari: quia iam de iure id erat expressum, cuius opinio etiam cõuincintur ex supradictis de natura pacti in concessione emphiteutica expressi, quam late explicat & prosequitur Reduan. *d. q 79. cap. 12. per tot.* quia nullum debet esse pactum in concessione emphiteutica sine operandi virtute c. si Papa de priuil. lib. 6. vt in specie tenet Surdus *decis. 78. n. 22.* & ita debent pacta ad vnguẽ seruari ex tradit. *a Hieronym. Gabri. consil. 168. n. 10 lib. 1. & consil. 69. num. 14. lib. 2. Ioann. Gutier. consil. 12. nu. 9. in fin. & Franciscus Beci. consi. 88. nu. 15. & sequen.* nam Maius est pactum & potentius quam actio legalis ad declarandum *Ruin. consil. 161. numer. 18. lib. 1. Ias. in l. 2. num. 109. C. de iure emphit quos refere Borgnin. decis. 43. nu. 48. part. 1.* vnde si in tributatione apponatur pactum quo prohibeatur alienatio irrequisito domino (licet iam de iure esset prohibitum) aliquid amplius debet operari, & ita licet stante sola prohibitione alienandi a lege inducta liceat alienare in aliquib⁹ casibus exceptis, tamen apposito pacto circa idem, non licebit alienare, etiam in casibus a iure exceptis glos. *in c. verum de condi. apos.* quã exornat, & pluribus rationib⁹ confir-

confirmat. Tib. Decia. *cons.* 4. *n.* 25. *lib.* 1. similiter etiam marittus nõ tenetur restituere dotem in pecunia consistentem, nisi post annum §. *sed si vxori vbi notat.* Ange. *nu.* 1. & 2. *insti. de lega.* tamen si ipse legat vxori eius dotem, statim debetur non ex pectato anno *l.* 1. §. *verum est commodum. ff. de dote præleg.* tradit Petrus. de Ferra. *in pract. tit. de forma libelli pro leg. rei singul. verbo corã vobis. n.* 46. & ita expræssa alienandi prohibitio in potẽtiores apposita in cõcessione pluririmum operabitur vltra iuris dispositionem vt recte declaret Coruul. in tit. de causa priua. ob non solu. cannon. amplia. 10. num. 2. & 3.

# ARTICVLVS tertius:

QVamuis supradicta nõ sufficerẽt (prout sufficere demõstrauimus) ad iustitificandã caducitatẽ & deuolutionem declaratã a DD. directis, ad huc tamen ex alio capite præfata bona inciderunt in commissum scilicet, quia domini vtiles defecerunt in solutione annui canonis, quem tenebantur soluere iuxta tenorem concessionis in die omnium Sanctorũ cuiuslibet anni vt latius continetur in facti narratione supra proposita. Nam Domino Archidiacono non fuit soluta pensio anni 1600. Domino vero Charitaterio debebantur die facti & declarati cõmissi tres pensiones annorum scilicet 1598. 1599. & 1600. Qua propter iuxta iuris & fori notissimas regulas, & etiam attento tenore dictę concessionis, iustissime prædicti DD. Archidiaconus & Charitaterius declararunt caducitatem, & vtile cũ directo dominio cõsolidarunt. *l.* 2. *C. de iure emphiteu. c. potuit. de locat. authentica qui rem. C. de sacrosanct. Ecclesijs & vtrobiq. communiter DD. Hieronym. Cagnol. in d. authen. qui rem num.* 18. *Couar. li.* 3 *varia. c.* 7. *nu.* 1. *Iul. Clar. in* §. *emphiteusis quæst.* 8. *Corruuel. in tit. de iur. emphiteut. tit. de causa priuat. ob non solut. Canon. in prin. Honded.* 56. *nu.* 1. *lib.* 1. *Pute. lib.* 1. *decis.* 181. *num.* 2. & de iure nostri Regni probabat. Forus. vni. tit. de iure emphit. & obser. item in Aragonia. titulo de general. priuil.

† Ratio est, quia canon soluitur pro dominij recognitione Bart. *in l.* 1. *num.* 1. 4. *C. de iur. emphteuti & Anton. Gomez. in. l.* 68 *Tau n.* 2 qui autem denegat. annuam canonis solutionem, videtur abnegare dominium secundum Alexan. in *l. in terdum.* §. *quod ex naufragio num.* 7. *ff. de acquirend. possession.* & inde Dominus directus cogi nõ potest ad recipiendum solutionem canonis ab alio quam domino vtili ex Bal. *in l. acceptam questio.* 25. *nu.* 64. *C. de vsur. & Ias. in l.* 2. *nu.* 70. *C. de iur. emphiteuti.* Et inde etiam in nostro Regno receptũ est, quod licet in tribulationis contractu non dicatur quod propter cessationem solutionis tributi, possit Dominus directus cõmissare, tamen propter duas pensiones debitas, bene poterit commissare d. *obseruatia item in Aragonia de gener. priuileg. & in Foro vni. titulo de iur. emphiteu. vt*

docet

*docet Molin. verbo tributum versic. tributationis cõtractus fol.* 223 *col.* 3. *vbi notat Portol.nu.*4. Quod adeo verum est, vt si apponeretur pactum in contractu emphiteusis, quod nihil solueretur pro recognitione dominij, tunc contractus vitiaretur, quia pactum illud esset cõtra substantialia ipsius emphiteusis iuxta tex. *in l. cum precario ff. de precar. & docet Nat. cons.* 114. *num.* 8. nec tenet rescriptum Papæ quod ob non solutum canonem res non incidat in cõmissum, vt notat *Bald. in l. si a te n.* 1. *C. de pact. inte empt.* & post. alios tenet Belacomb. 2, *tomo nouissimarum cõmun. opinion. tit. de iur. emphit. capit.* 18. *vers. an valeat pactum* vbi allegat Cremens. sing. 106.

129 † Et quamuis de iure in emphiteusi Ecclesiæ requiratur cessatio solutionis per biennium, in emphiteusi vero priuati per trienniũ ex traditis cõmuniter a DD. in c. potuit de locato per illum tex. vt refert Coruulus *in d. tractatu de iure emphiteu. tit. de causa priuat. ob non solut canon. in prin. Iul. Clarus.* §. *emphit. quæst.* 8. *Reduan de rebus Eccles. q.* 79. *capit.* 2. *num.* 1. tamen interueniente pacto expresso, per quod emphiteuta constituit se singulis annis soluturum, tunc nõ requiritur quod cesset per biennium, ad hoc vt incidat in cõmissum, tam in emphiteusi Ecclesię, quam priuati, sed sufficit cessatio

130 in vno anno † quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis *l. fin. C. de pact. conuent. vt tradũt plures per Portol.* §. *tributum. num.* 5. *& Bal. in rub. nume.* 18. *C. de contrahen. emption. Carro. decis.* 100. *num.* 2. *Nata consil.* 479. *num.* 17. *Ioannes Gutierr. in tit. de iur. confirma.* 1. *part. c.* 31. *nu.* 8. & sic solutio pensionis debet fieri in tempore in contractu expresso, vt optime declarat pater Ludouicus Molina *disputa.* 451. vbi sic scribit. *pensionis soluendæ nullum tempus ius statuit sed soluenda est temporibus a contrahentibus cõstitutis, vel quot annis, vel de biennio in biennium &c.* ratio autem desumitur ex natura emphiteusis supra latius declarata, in qua magis attenditur pactum inter contrahentes initum quam in quocumq; alio contractu argumento. *l. cum proponas C. de pact.* vt latius explicui in artic. 2. a n.

131 † Et ita quomodocũq; emphiteuta cessauerit in solutione canonis promissi incidet in commissum vt explicant *Barbat. consil.* 40. *nu.* 13. *lib.* 1. *Rota nouissima diuersorum decis.* 3. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. *& tradit pater Ludouicus Molin. vbi supra disputat.* 453. *col.* 1283. vbi sic scribit *verum autem pactum vt ante biennium, aut triennium, non soluendo pensionem incidatur in cõmissum, validum sit, affirmanter respondendum censeo quoniam valent pacta circa emphiteusim inita, & quoniam ius id tempus statuit quando aliud non fuit adductum in pactum, vt constat. l.* 2. *citata consentit Aluar Valas. de iure emphit. quæst.* 4. *nu.* 4.

† Quod adeo procedit vt licet

132 defficiat, aut cesset emphiteuta in solutione vnius numi præcedente pacto (vt in nostro casu) poterit priuari emphiteusi, quia quando læsio

læsio respicit contemptum sufficit deffectus licet in modico Specula. *in tit. de locat.§.nunc.aliqua n.*40. *Nata in consi.* 479. *nu.*7.*Bursat. consil.*365. *num.*9. *& consil.* 429. *num* 28. *Surd. consil.*301. *num.*91. *Paul.Emil.Veral. decis.* 300. *nu.*3. *p.*1. *Coruulus vbi supra ampliat.* 5. *num.*8. *&* 9. *& Reduan. d.q.*79. *cap.*2.*num.*8.

133 † Onus autem probandi canonē fuisse solutum incumbit ipsi emphiteutæ secundum glos. *verbo repellere in d. l.*2.*C. de iur.emphiteu. & ibi Bal. in* 1.*lectura num.*16. *& in* 2. *lectura num.* 15. *Barto. nu.*9. *Iason* 123. & est communis opinio secundum Marian.Socin.*consil.*111 *nu.*15.*vol.*1.& alij quos refert Coruul. *in tit. de causa priuat. ob aliena.q.* 4. *num* 1. etiam si non sit interpellatus a Domino directo Io. Igne.*in l.* 3. *§.si conditioni nu.* 112. *ff. ad Sillan.* Quando enim causa per quam res incidit in commis-
134 sum † est negatiua, licet sit fundamentum allegantis, nihilominus ex sola allegatione habetur pro probata, quando præcedit obligatio faciendi, vt in exemplis adductis *in l.in illa. ff.de verb. obligat. Honded.consil.*56.*n.*1. *lib.*1.atq. ita cum emphiteuta ( vt supra diximus ) teneatur singulis annis & certa die soluere, si dominus directus commissauerit ob canonem non solutum, nisi emphiteuta ostēdat canonem soluisse adiudicabitur res proprietario per sententiā, sic in praxi testatur receptum Bardaxi.*in for.*2.*num.*26.*de appræhen.* & ante eum Ioan. de Immol.*in c. potuit nu.*55.*de locat.*& sic frequentissime practicatur in nostro Reg- 135
no ob vnius pensionis † cessationē posse declarari caducitatem, si id in scriptura tributationis prout in nostro casu prouideatur, & per cōsequens cum aduersarij non docuerint de solutione trium pensionū debitarum Charitaterio, & vltimæ pensionis soluendæ Domino Archidiacono, ante declaratam caducitatem; bene infertur bona apprehensa in commissum incidisse, & per cōsequens D.Archidiacono, & Charitaterio fore adiudicāda.

Aduersus quam resolutionem plura obijciuntur ex aduerso primum, quod licet D. Marchionissa de Moncayo cessauerit in solutione dictæ vltimę pensionis, soluendæ D. Archidiacono, tamen non potuit declarari caducitas aduersus illius successores, scilicet dictos Religiosos Societatis † Iesu, nā ob
136 culpam defuncti non potest caducitas declarari aduersus hæredem *Cuma.consil.*164. & alij quos refert Portol. *in §.hæres. nu.*75. *& plures per Borgnin.decis.* 43. *nu.*3. *p.*1. *Gama. decis.*175. *in fin. & Gigas de pension.quæst.*74. *Casador decis.*2.*de locat. & alij per Hippolit. Riminal.consil.*1. *num.*7. cuius ratio duplex redditur a DD. prima; quia pæna caducitatis imponitur de iure propter delictum, siue mora emphiteutæ, in non soluendo tēpore cōstituto. *l.*2. *C.de iure emphit.* vnde cum morte delinquentis extinguatur delicti accusatio, *l.*1.*C.si reus vel accusator mortuus fuerit,* non poterit pæna caducitatis aduersus hæredem, vel successorē declarari Bart.*in l.*1.*ff. de pribat.delict. Beroi.consil.*98. *num.*31. *nu.*1. *& alios referens Hippolit. Riminal.cons.*673.*num.*31.

Secunda

137 + Secunda ratio propter quã su pradicti DD. existimant, non posse declarari caducitatem aduersus hæredes ea est, quia cum Dominus directus potuerit commissare, & non fecerit, præsumitur renuntiasse iuri suo, & facultati commissandi in fauorem prædefuncti, cum in eius vita non fuerit conquæstus Cassador. *decis. 2. nu. 2. & 5. tit. de locat.* & ita ex æquitate restituẽdum esse successorem emphiteutæ aduersus commissum, defendunt glos. *verbo legem in l. 2. C. de iure emphiteut. vbi de communi testatur Salicet num. 25.* & praxi receptum affirmat *Iul. Clar. in §. emphiteusis quæst. 8. num. 9. & Ioan. Gutier. de iurament. 1. part. cap. 31 num. 6.* & propterea existimant patres Societatis excusari posse a commisso declarato.

Ea tamen difficultate non obstante verius est potuisse commissari, iustissimeq. declaratam fuisse caducitatem, quod sine dubio redditur, cum sit propria emphiteusis natura, & etiam speciali pacto fuit inter Dominum vtilem & directum conuentum, quod ob deffectum solutionis annui canonis liceret D. directo cõmissare *Osasc. decis. 29. n. 13. Bursat.* dicẽs cõmunẽ *cons. 73. num. 19.* vbi plures refert.

138 + Nec obstat dicere hanc caducitatis declarationẽ pænalem esse, & eam non transire ad hæredes, nam respondetur actionem istam non descendere ex mero delicto, sed ex partium conuentione expressa, quo casu certum est posse caducitatem declarari aduersus hæredes, vt bene declarat Bursat *cons. 91. num. 7. Bona Cosa tom. 2. nouissimarum cõmun. tit. de iure emphi. c. 18. vers. caducitas,* & plures quos refert Corbul. *De iure emphiteu. tit. de causa priuatio ob non solutũ canonem, amplia. 45. num. 25.* nam licet sola dispositio legis non sufficeret ad hoc, vt possit declarari caducitas aduersus hæredem, sufficiet tamen, si cum illa concurrat hominis expressa dispositio, Ruin. *cons. 167. num. 9. 28. & 29. vol. 1.*

139 + & esse receptissimam sententiã & comunem testatur Fran. Becci. *cons. 59. nu. 14. Ripa. resp. 26. nu. 6. de iur. emphit. lib. 2. & Borgnin. d. decis. 43. nu. 11. p. 1. Beroi. cons. 125. n. 7. volum. 1. Crauet. cons. 685 num. 15 & Hippol. Riminal. consil. 355.* maxime cum ex persona hęredes non mutetur obligationis cõditio. *l. 2. §. ex his ff. de verb. ob. Iul. Clar. q. 8. nu. 9.* supra & in his terminis hãc opinionem, tamq. veriorem defendit Pater Ludouic. Molin. d. 2. tom. disput. 453. col. 1284. vbi sic resoluit *atq. hanc sententiã reputo veriorem, quoniam illud nõ est propria pæna, sed finitum esse contractum ex diffinitione iuris, ob conditionem non seruatam, dependentem tamen a voluntate proprietarij, ex eiusdem iuris dispositione, neq. executio improprie illius pænæ est in alijs bonis definita, sed solum in vtili dominio, quod erat proprietarij, & ob finitum tẽpus contractus, & non seruatam conditionem, sub qua emphiteutæ fuerat concessum, regreditur ad proprietatem, & cum ea consolidatur,* quam etiam appellat veriori sententiam Borgnin. decis. 43. numer. 50. vbi recte distinguit & explicat. Et Cuman. qui ex aduerso allegatur non firmat contrarium, nec est vera ratio ab eo tradita

dita pro fundamento cõtrariæ sententie, vt docet Ruin. *consil.* 167. *num.* 28. *&* 29. quem etiam reprehendit Hyppolit Rim. *consil.* 1. *num.* 34. *& sequent.*

Neq. etiam obstat, quod de restitutione in integrum concedenda supra retulimus, quia in hoc Regno admitti non potest cum non habeamus restitutionem in integrum, obseruan. final. *de priuilegi. absentium causa reipublicæ, obseruan.* 1. *de priuilegijs Minorum, vt docet Molin. verbo. restitutio in prin. folio.* 231.

† Minus etiam obstat decis. Cas-
140 sador. 2. in tittulo. de locato, & aliorum existimantium censeri remissam caducitatem a Domino, si eam non declarauerit in vita emphiteutæ, quam id procedit & intelligendum est, quando Dominis, sciuit secus autem quando ignorauit caducitatem & deuolutionẽ, ex tradit a Panormit. in *cap. fin. num.* 7. *de donat. Anchar. quæst.* 7 *post. Ioannem Andream.* asserentes id probari per tex. in l. fin. C. de reuocan. donat. vbi si donator tacuit, † & de ingratitudine do-
141 natarij, eo viuente non opposuit, non potest dictam ingratitudinem opponere aduersus donatarij hæredem, quod intelligunt quando donator scientiam habuit ingratitudinis, non vero si eam ignorauit, quia non dicitur tacuisse ignorans, sed sciens, quia illud verbum tacuit ad scientem refertur, vt ibi explicat Anchar, † &
142 in materia feudorum receptum est quod si Dominus post incursam caducitatem a vassallo, eundem inuestierit, non alias censetur remisisse caducitatẽ, quam si scienter id fecerit, secus autem si per errorem & ignorantiam. ex tradit. a Bal. *in c.* 1. *tit quo tempore miles in feudis, & Anton. de Butrio cons.* 22. *Francis. Beci. cons* 9. *nu.* 13. *&* 14. † quod etiã procedit in emphi-
143 teota ex identitate rationis supra tradita, nam ignorans non potest dici remisisse caducitatem iuxta tex in l. mater decedens. ff. de in ofi. testam. vt in his terminis tradunt Speculat. in *tit. de locato.* §. *nunc aliqua. num.* 34. *Iason. in d l.* 2. *num.* 130. *Bursat. cons.* 37. *nu.* 19. *& cons.* 91. *nu.* 6. 5. 7. *& cons.* 254. *num.* 38. *&* 456. *num.* 28. *& Borgnin d. decis.* 43 *n.* 11. *cum sequent. p.* 1. *optime Fachines. li.* 1. *cõtrouer. c.* 99. & est cõmunis opinio relata in 2. *tomo nouissimarũ cõmu tit. de iure emphiteut. conclusione* 18. *versic.* 2. *Surd. cons.* 150. *num.* 42. *& Hondede. cons.* 55. *num.* 89. *lib.* 1.
144 † in dubio autem præsumitur Dominum ignorasse caducitatem. *l. verius C. de probat. Alex. cons.* 101 *num.* 13. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 70. *n.* 14. *lib.* 5. *Hippol. Riminal. cons.* 1. *numer.* 29. *& cõs.* 629. *n.* 49. *Coruul. d. amplia.* 45. *num.* 26. *Bursat. d. cons.* 91. *num.* 10. *& Hondede. supra nu.* 88. Et ita fuisse iudicatum tradit Surd. *decis.* 181. *numer.* 7. 8. nec est diferentia an deceserit emphiteuta, vel Dominus directus ante declaratam caducitatem, quia vtroq. modo præsupposita ignorãtia Domini directi poterit idem Dominus, vel eius successor contra emphiteutam, vel eius successorem respectiue declarare caducitatem, vt tradit Bursat. *d. cons.* 91. *num.* 9. vnde cum in nostro casu non constet de scientia dictorum DD. Archidiaconi, & Charitaterij præsumi de-

mi debet ignorantia & ex conse- quenti casu quo non posset regulariter aduersus hæredem declarari caducitas (quod alienũ est ab omni ratione & doctrina ) adhuc tamen declarari potuisset prætextu supradictæ ignorantiæ de iure præsumptæ, secundum veram resolutionem supra allegatam.

Secundum, quod opponit pars aduersa contra supradictam caducitatem causatam ex deffectu solutionis annui canonis ducentorum solidorum, præstandorum D. Archidiacono est, quod resultat ex dispositionibus Petri Martinez presbyteri, & Petri Perez de Articda super articulo 12. & sequent. cedulæ replicæ asserentium, iam in vita D. Marchionissę de Moncayo vltimæ posseditricis dictum Petrũ Martinez, tamq. negociorũ gestorẽ dictæ D. Marchionissæ voluisse soluere dictos 200. solidos vltimæ pensiones decursæ anno. 1600 & prædictam quantitatem oblatã fuisse, Petro Perez de Artieda tũc procuratori, Alphonsi de Villalpando, arrendatoris omnium fructuum, ad dictum D. Archidiaconum pertinentium, per eumq. stitisse in non concedendo legitimã apocham, & per consequens in culpa non fuisse emphiteutam, in non soluendo dictam vltimam pensio-
145 nem, nec † ob eam causam potuisse commissari, quia sola oblatio verbalis excusat a pæna caducitatis, vt docet B. Socin. *cons.* 118. *in fin. vol.* 4. *Prosper Passet cons.* 53. *num.* 21. *Pedroca cons.* 1. *num.* 300. *Alciat. lib.* 6. *cons.* 11. *num.* 10. *pag.* 804. *Iul. Clarus.* §. *emphiteut. q.* 8. *n.* 10. & est cómunis opinio ex traditis a *Reduan. d. q.* 79. *c.* 3. *n.* 34.

Sed respondendum est prætensas diligentias nõ excusare emphiteutam a pæna caducitatis, quia ad hoc vt oblatio excuset plura requiruntur, primũ quod fiat cõgruo lo-
146 co † & tempore, iuxta notata in l. acceptam. C. de vsur. & sic debuisset fieri in domo dicti D. Archidiaconi, iuxta expressam conuentionẽ dantis & recipientis, cõtentã in instrumeto publico inuestiturę seu concessionis, vt declarant Bartho. Fulgos. & cõmuniter DD. *in l. itẽ illa ff. de constit. pecuni. Puteus decis.* 445. *n.* 3. *lib.* 1. *Rolan. cons.* 87. *nu.* 14. & 15. *vol.* 1. quod non constat fuisse ad impletum.
147 † Præterea requiritur quod talis oblatio fiat realiter, non autẽ verbo tãtũ, quia vbi opus est facto verba non sufficiũt, vt in his terminis docet Iul. Clar. *in d.* §. *emphiteusis q.* 8. *nu.* 10. & *Reduã. sup. nu.* 35. & ita oblatio debet esse cum effectu, ita vt offerens rẽ soluendã paratã habeat solutioni, vt docẽt Bertazo. *cons.* 13. *n.* 11. *in ciuilibus Hieronym. Gabr. cons.* 66. *n.* 61. *vol.* 2. adeo vt nõ sufficiat pręsentatio pecunię, nisi fiat numeratio totius sũmę, quia nõ constat, quod emphiteuta, seu eius procurator sit paratus ad satisfaciendũ integre ipsi Dño directo, & sic illam tenebatur numerare coram testibus *Carro. in. titulo de oblatio. part.* 1. *tit. de oblatione verbali num.* 1 & 2. *pag.* 147. *ex Bartol. doctrin. in l. cum seruus. ff. de conditio. & demonstra. & alijs quos refert Bertazol. consil.* 28. *numer.* 18. *In ciuili Crauet. con-*
148 *silio.* 671. *numer.* 9. † vbi attestatur inutilem haberi oblationem, quæ sine numeratione pecuniæ in seculo & crumen a fit, debet enim

E 2 debitor

debitor ire, cũ denarijs in manu: alias non diceretur obtulisse & in his terminis resoluit Coruul. *in titulo de causa priuat. ob non solutũ canonem limitat. 37. nu. 1. vbi nu. 3.* impugnat opinion. Socin. supra in contrarium adductã, tamquã non veram, nisi vnico in casu, scilicet quando Dominus recusaret canonem recipere, ex Carrotio vbi supra nu. 3. de quo nullatenus cõstat: & casu quo Dominus directus, aut eius procurator recusarent, solutionem canonis recipere, tenebatur emphiteuta penes iudicem deponere *l. acceptã vbi Bal & Paul. C. de vsur. l. obsignatione C. de solutio vt hæc & alia recenset Menoch. de arbit casu. 232.*

149 ✝ & ita licet emphiteuta offerat, separatum facere, & adimplere omnia, adque de iure tenetur nõ excusatur a caducitate, quia talis oblatio dicitur esse cõfusa & in determinata *Bart. & Alex. in l. prima. ff de distract. pignio Carro in tit. de oblationi. p. 1. tit. de oblationi. verbali. q. 1. n. 8. pag.* 143.

150 ✝ Præterea respondetur, quod quamuis oblatio fuisset facta cum pecunia in manu, & sic stetisset per Dominum vel eius procuratorem specialem nollentem recipere canonem ad huc tamen non sufficit prædicta oblatio, nisi fieret per partem legitimam, idest per emphiteutã vel eius legitimum procuratorem: & sic debuisset procurator non solum offerre pecuniã, sed etiam exhibere mandatum, secundum resolutionẽ Ioannis Crot *cons. 213. nu. 5. & 6. Neuissan. cons. 10. nu. 12. & 13. quos refert & sequitur Osascus decis. Pedem. 175. n. 3. Coruulus in tit. de causa priuanis ob non solutum limit. 37. nu. 6. & Carro in tit. de oblationi. tit. de obla. verbali. q. 2. n. 20. vbi allegat. Caualin. in millelog. 229 nu. 2.* Ratio autem ea est, nam licet regulariter quis possit, pro alio soluere inuito creditore l. soluẽdo vbi not. DD. ff. de nego. gest,

151 ✝ tamẽ nõ potest tertius pro emphiteuta soluere canonem inuito Dño, quia canon (vt latius supra diximus) nõ solum soluitur, ad finem liberationis obtinendæ, sed etiam in recognitionem directi Dominij, existẽtis penes Dominum: quæ recognitio nõ potest fieri per tertiũ *Bal. in l. acceptã. nu. 37. C. de vsur. Nat. cons. 194. nu. 8. vt tenet alios referens Cornul. vbi supra limit. 7. n. 2.*

152 ✝ Mandatum autem non præsumitur, ex traditis ab Alex. *cons. 6. nu. 7. lib. 4. & alij quos in his terminis adducit Osascus dicta decis. 175. num. 4. & Mascard. conclusione 1007. per totam* vnde cũ non constet nec præsumatur dictũ Petrum Martinez habuisse mandatũ ad soluendam pensionem dicti anni 1600. in nihilo deberet ob esse quãuis cõstaret oblationẽ realiter factã fuisse a prędicto Petro Martinez de quo nõ cõstat vt supradixi

153 ✝ Tertium quod opponitur ex aduerso, contra declarationem caducitatis, est de apocha concessa per Petrum Perez de Artieda, tamquam procuratorẽ legitimum Alphonsi de Villalpando arrendatoris prædicti, per quam die 10. mensis Octobris anni 1601. confessus fuit, recepisse 200. solidos a Valerio Certes del Rey tãquã asseto procuratore rectoris Societatis Iesu, ra-

su, ratione pensionis de cursæ die omnium sanctorum anni 1600. soluendę dicto D. Archidiacono. per quam apocham, vt supradictum est, concessam, pretendit Collegiū purgatam esse moram, & remissam pænam caducitatis, procedentem tam ob moram in soluendo argumento. §. 1. quibus mod. tollit, ob liga. quam ob defectum aliarum coditionum *glos. in c. potuit de locat. vt pluribus docet Franc. Sarmiento. lib. 3. select. c. 6. a n. 6. Bonded. cons. 55. num. 6. lib. 1. & Ceuallos in insuis communibus qu. 402. num. 19.* & hoc argumento tex. in cap. cōstitutus in fine religios. Domin. vbi exigendo canones siue cēsus præteritos, non poterit quis illum, qui soluere cessauerit, expellere: & inde communiter tenent DD. quod exigendo canonem illius temporis, quo ipso iure emphiteota cecidit ab emphiteusi videtur Dominus illum confirmasse in vsu rei, post caducitatem, & quod ita non potuit illum expellere, quia sic videtur Dominus sibi contrarius argumento cap. solicitudinem de Apel. tenet speculat. *de emphiteut. §. nunc vero versi. 23. & Abbas in d. c. potuit nu. 14. in primo membro suæ distinctionis* † quod non solum dicunt procede
154 re quando ipse Dominus directus recipit pensiones, sed etiam quando eius minister vel procurator, sine aliqua protestatione (prout in nostro casu) vt post alios resoluūt *Deci. consil. 130. num. 7. & Menoch lib. 3. præsump. 112. nu. 16.*
† Prædictis tamen non obstanti-
155 bus, asserendum est non fuisse remissam caducitatem, obsolutionē canonis receptā per dictum Petrū Perez, tamquā assertū procuratorem Alfonsi de Villalpando affictuarij siue arrendatoris Archidiaconatus, de quo videntur iura expressa. §. *si quis vero locator in authentica de aliena. Et emphiteusi authentica qui rem* C. *de Sacrosan*
156 *cto Ecclesijs* † ad quorum iurium intelligentiam, aduertendum est, exigere canones præteritos, diuersum esse, ab eo quod est, emphiteutam expellere, procedunt enim a diuersa causa; nā canones præteriti debentur Domino ex conuentione partium, & iuris dispositione, in recompensationem vsus rei & in recognitionem Dominij, argumento tex. in *l. ex conducto. ff. locat. & in §. adeo instituta eod.* Sed expellere emphiteutam, competit Domino ex legis dispositione, & ob negligentiam seu morā emphiteutæ. *l. 2. C. de iure emphiteut. c. potuit de locat.* & sic vnū non debet tollere aliud, & per cōsequens, poterit Dominus vtroq. medio vti maxime quando Dominus incipit ab expulsione (prout in nostro casu) non vero a receptione canonis vt in his terminis distingūt DD. in d. c. potuit quia res in iudicata in vno, nō debet in alio obesse *l. & an eadem ff. de exceptioni*
157 *rei iudicat.* † Inde cū receptio canonis, posit intelligi dupliciter facta, videlicet animo remitēdi, & animo nō remitēdi caducitatē, in dubio debet intelligi eo modo, quo minus prǫiudicet recipiēti argumēto *l. cum de in debito. ff. de proba-*
158 *tio.* † nam receptio pensionis, non infert necessario Dnūm voluisse approbare emphiteutā secūdū Panor, in *d. c. potuit n. 14. vbi aßerit hanc eße veriorem de subtilitate iuris*

nec potest dici, quod exigere canonem præteritũ, sit pœna quia imo est id, quod principaliter promissum est, & ita quamuis expulsio emphiteutæ sit pœna propter moram, non tamen exactio canonis, & per consequens dici non potest quod duplici pęna grauetur emphiteuta vt latius explicat Augustin. Beroius *in d.c. potuit. n* 168. *Gigas in tit. de pension. q* 73. *nu.* 2. & hæc
158 est ratio propter † quam (etiam in Regno nostro) debentur pensiones & possunt exigi, etiam si fuerit commissatum *Molin. verbo tributum fol.* 322. *col.* 3. *obseruãtia.* 1. *de iure Emphiteut.*
159 † Et licet supradicta sufficerent ad difficultatis propositæ solutionem, magis specifice respondetur adducta in contrarium procedere, quando Dominus directus aut eius specialis procurator, recipiens canonẽ decursum sciebat bona emphiteutica incidisse incommissum, declaratamq. fuisse caducitatem, quia requiritur scientia non solum Domini, sed etiam procuratoris canonem recipientis vt declarat Afflic. *decis.* 129. *nu.* 9. 10. quæ non præsumitur iuxta, cap. præsumitur *de regul. iur. in 6. l. verius* C *de proba.* nec probata fuit ex aduerso, imo ex facto arrendatoris non infertur scientia Domini, vt tradit Hippol. Rimin. *cons.* 17. *nu.* 10. *&* 12. † &
160 ita præexistente ignorãtia tam dicti D. Archidiaconi, quam doctoris Michaelis Blasco eius procuratoris, qui prædicta bona commissauit, inferri nõ potest prætẽsa caducitatis remissio. *l. mater ff. de in offi. testa. l. legitimam. ff. de petitio hæredit. Din. in l.* 2. C. *de iure emphit.* Calca. *cons.* 51. *n.* 16. *&* 17. *Curti. Senior consil.* 81. *nu.* 1. vt bene declarat. Bellacomb. *tomo* 2. *nouissimarum communium tit. de iure emphit. c.* 18. *vers. hoc recepit Mã del. consil.* 134. *num.* 12. *consil.* 340. *num* 10. *& consil.* 545. *nu.* 5. & in his terminis Mantuæ decisum fuisse testatur Surd. *decis.* 181. *num.* 7. *& sequent. & Rota nouissima diuersorum prima parte decis.* 280. *num* 1.
161 † Præterea responderi potest, nos agere de emphiteuta Ecclesiæ, de quo specialiter receptum est (quicquid sit de emphiteuta priuati) ob canonis receptionem non censeri remissam caducitatem quia Ecclesia potest vtrumq. consequi. *Authent. qui rem.* C. *de sacrosanct. Ecclesia.* Iul Clarus. *in* §. *emphiteusis. q.* 10. *nu.* 2. *in fin. Bursat. consil.* 365. *nu.* 5. *Burgos de Paz. cõs.* 24 *& frater Ludouicus Molina disput.* 453. *col.* 1278. *in* 2. *tom.*
162 † Tandem licet in terminis iuris procederet remissio caducitatis, ob solutionem receptam a Domino, siue scienter, siue ignorãter, id tamẽ extendẽdũ non est, nec procedit quando procurator, non vero Dominus recipit solutionem, post declaratam caducitatẽ; quia tunc non potest procurator Domino præiudicare in iure per consolidationem & comissum Domino quæsito, nisi procurator haberet speciale mandatum, ad remittendam caducitatem; nam sicut ad declarandam Domini voluntatẽ & sic ad comissandum, non sufficit generale sed requiritur speciale mandatum secundum Angel. *in l. si quis intẽtione ambigua ff. de indi. Curt.* Iunio. *consil.* 149. *nu.* 3. *Hieron. Gabri. cons.* 82. *nu.* 17. *volum.* 1. *Tiber.*

*Decia. lib. 4. respons. 4. n. 15. & 16.* ita etiam post incursam & declaratam caducitatem, non potest re-
163 mittere ius Domino quesitum; † requiritur enim mandatum speciale & non sufficit generale vt in ter terminis tradunt Beroi, *cons.* 116. *num.* 10. *lib.* 1. *Ruin. consil.* 100. *n.* 9. *vol.* 5. *Afflict. decis.* 129. *num.* 10. *vbi Cæsar. de Vrsilis num.* 6. *Cornul in tit. de causa priuationis ob non solutum limit.* 21. *num.* 16. *Nicola. Motius in tracta. de contract. tit. de mandat. vers.* 70. *Hippol. Rimin. cons.* 165. *nu.* 54. *Carro. in tract. de locat. tit. quib⁹ locare licet quæst.* 8. *nu.* 16. *Borgnin. decis.* 30. *numer.* 20. *part.* 2. *Bursat. cons.* 181. *num.* 37. & ita fuisse decisum Mãtuæ testatur Surdus. *d. decis.* 181. omnino videndus & magis in terminis ita deffendit Hondede. *consil.* 55. *nu.* 86. *lib.* 1. vbi loquens de simili receptione canonis facta per arrẽdatores vel cõductores cuiusdã comẽdatarij Dñi directi sic scribit. *Primo quia nõ cõstat quod illustrissim⁹ cõmendatari⁹ seu aliquis qui haberet speciale mandatũ recipiẽdi canonẽ ab eis, qui ob contrauentionem ab ipsorum iure ceciderant illum receperit, sed illum receperunt conductores bonorũ præfatæ abbatiæ quia commendatario habebant mandatum generale ad recipiẽdum canonẽ, qui licet ab emphiteutis qui non ecciderant, illum recipere potuissent, nõ tamen potuerunt sine speciali mandato recipere, pro bonis quæ ob alienationem erant deuoluta ad Abbatiam & si illum receperunt non potuerũt remittere caducitatẽ nec cõmẽdatario præiudiciũ afferre, &c.* Quibus verbis bene distinguit Hondede. quod licet conductores alicuius dignitatis, recipiãt canonem debitum dignitati, tamen si tẽpore receptæ solutionis per procuratorem generalem, iam erat incursa & declarata caducitas, non cẽsetur remissa sine speciali mãdato & ita fuisse iudicatũ testatur Hondedeus in fine illius consilij: ergo eodem modo in nostro casu assrendum est, quod licet procurator Alfonsi de Villalpando conductoris Archidiaconatus receperit canonẽ post declaratũ cõmissũ a D. Archidiacono, seu ei⁹ legitimo procuratore, non potuit in aliquo præiudicare in iure dignitati quæsito per declarationẽ & cõsolidationẽ supradictam: quia licet Petrus Perez habuerit mãdatum generale, quia tamen speciale ruquiritur ad remittendam caducitatem secundum supra dicta, dici potest falsus procurator ex traditis a D. Martino Monter dignissimo Regiã supræmamq. Cancellariam Regenti *decis.* 41. *nu.* 77.

164 † VLTIMO loco obijcit pars aduersa, non potuisse hæc bona cõmissari, pro tribus pensionibus debitis Charitaterio, quia licet cõcessio emphiteusis facta fuerit tam a Dño Archiadiacono, quã Charitaterio tẽpore inuestituræ existentibus, & per consequens bona emphiteutica, iure directi, pro indiuiso ad vtrumq. pertinerent, indeq. solutiones annui canonis vtrique fieri deberent, secundum thenorem inuestituræ: hodie tamẽ & a pluribus annis citra, ius Charitaterij ad capitulum Sedis Cæsaraugustanæ pertinere dicitur, quia exhibentur pro parte collegij plures apochæ aliquorum annorum, vsq. ad an-

ad annum 1600. inclusiue, quæ concessæ fuerunt per legitimu capituli sedis procuratorē, & ita prætenditur ex aduerso, quod cum solutione eius quod debetur, omnis tollatur obligatio, vt in principio *insti. quibus mod. tollit. obligat.*
165 + non potuerit ex hoc capite pro parte dicti Charitaterij caducitas declarari, cum ius directi non ad eum, sed ad prædictum capitulum pertineret: quia soluens creditori putatiuo, liberatur acsi soluisset vero creditori, iuxta notata *in c. nichil de elec. Gigas in tractat. de crimin. læsæ maiestat. tit. de pænis cōmit. q. 27. nu. 3. Carol. de Gras. in tract. de excep. excep. 25. num.* 18.
166 + Nam licet, per errorem soluisset emphiteuta dicto Capitulo, cū debuisset soluere prędicto Charitaterio, non constitueretur in mora legitima, sufficiēti ad comissandū, sicut non constituitur is, qui errore ductus minus quam debeat soluit, quia huiusmodi negligentia, non procedit a malitia, sed ab errore, & sic modicus defectus bona fide errantis non sufficit ad declarandā caducitatem, vt post Bal. *in l. pro hæreditarijs num. 9. vers.* 11. *de hæreditat. action.* declarant Coruulus vbi supra *ampliæ. 5. num. nu. 27. & Nata. cons. 192. nu. 6. & cons. 227. nu.* 8. vbi tenet quod si aliquis deberet singulis annis ducenta & soluisset longo tempore tantummodo centum, potest se deffendere, ne teneatur pro residuo, ergo eodem modo dicendum videtur si per errorem vel alias soluisset alteri quā vero creditori saltem ad excusandum a caducitate. Quia quælibet causa etiam colorata, excusat a pæna comissi vt docet Burgos de Paz *cons. 44. num.* 22. & sic non videtur esse legitimum commissum pro parte dicti Charitaterij factum.

Sed ab hac difficultate breuiter me expediam, nam Charitaterius habet suam intentionem fundatā
168 + in dicto instrumento emphiteusis ab eius & D. Archidianoni prędecessoribus concesso, nam instrumentū solum probat inter eos qui notariū rogarunt Bal. *in Rub. n.* 11. *C. de fide instrum.* Couarrub. *in* & per cōsequens *pract. c. 20. in fin.* emphiteuta nō potuit, nec debuit soluere, alij quā prædicto Charitaterio vero Domino, & aliter facta solutio, non liberat debitorem. *l. si ego de negoc. gest. l. eius qui in prouincia vbi glos. & Bart. ff. si cert. petat. Becius. cons.* 19. *n* 1. *&* 2. adeo
169 vt + nec etiam posit solui coniunctę personæ *glos. 2. prope. finem in l. vero procuratori in prin. vbi Barto. ff. de solution. Surd. cons. 43. n. 1. & decis. 229. nu. 3. & Alex. consil. 4. nu. 3. lib. 2. vbi asserit esse communem & Becius. cons. 19. nu. 2.*
170 *&* 2. + & ita per assertas solutiones non potuit emphiteuta liberationem consequi, non præcedente iudicis mandato *glos. verbo. imputandum in l. ait. pætor §. permititur. ff. de minor. Barbat. cons. 27. nu. 6. & 7. volum. 3. Menoch. consil. 68. n. 12. Surd. cōs. 436. n.* 6. iuss'
171 enim + iudicis excusat debitorē soluentem alteri quam suo creditori *Ruin. cons. 171. nu. 3. volum. 4. Rota genu. decis. 33 num. 6. Gigas vbi*
172 *supra quæst. 27. nu.* 3 + & ratio est, quia soluens iussu iudicis dicitur coacte souere *Grat. cons. 5. num. 25. lib.* 1. D. *Martinus Monter. decis. 2*

cis. 2. nu. 27. & ita iussus iudicis excusat debitorum soluentem. *l. furti §. qui iussu. ff. de his quibus irrogatur in fam. Menochi de arbit. casu* 137. *num.* 12. *Alex. cons.* 120. *num* 7. *lib.* 5. *vbi adiditio litera. C.*

173 † vnde cũ in nostro casu, non interuenerit iussus iudicis, nulla potest allegari excusatio, tamquam si solutio facta fuisset intruso *Barto. in l. si Vrbana prædia. num.* 4. *ff. de condi. indebit. Alex. cons.* 103. *n.* 17. *lib.* 2. & in terminis Ruin. *cons.* 150 *numer.* 6. *lib.* 1. vbi tenet emphiteutam non excusari per solutionem alteri quam vero Domino factam, nisi iusta causa vel mandatũ iudicis interuenerit, veluti quãdo contractus initus fuit cum ipso intruso, nam tunc eidem soluendo liberatur debitor, non alias Alex. vbi supra. ergo cum in nostro casu non fuerit concessa emphiteusis a Capitulo, Sedis sed a prædicto Charitaterio non erit in cõsideratione solutio ex aduerso allegata.

174 † Imo indebitore quantitatis vel generis, non excusat iusta credeliitatis causa, quia casus fortuitus non liberat debitorem generis. *l. incendium C. si cert. petat. Fulgos. in d. l. si Vrbana Alexan. d. cons.* 113 *nu.* 17. *lib.* 2. *& eleganter Deci. cons.* 407. *num.* 1.

175 † Neque excusat error quamuis cõmunis cũ in nostro casu quia nõ militat fauor publicus, vel publica vtilitas, iuxta communem resolutionem in *l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætor.* Imo damnum Ecclesiæ resultaret, si prætensa de bilis excusatio procederet, & per consequens admitti non debet c. cum Apostolica, de his quæ fiunt a prælato. c. 1. §. *adijcientes de chismati. C. nihil de elec.* vt bene declarat Egidi *bellamera ibidem nu.* 18. *Cuma. cons.* 99. *in* 1. *dubio.*

176 † Et vt nihil intactum relinquatur superest respondere cuidam sinodali constitutioni huius Archiepiscopatus sub titulo de censibus fol. 48. per quã dispositũ est quod non soluentibus tributarijs per biẽnium, possent commissari hæreditates, aut propter ruinam, nec possent commissantes per iudices cõpelli ad desistendum, donec satisfectum fuerit de facto, ruinæ dãnum & interesse, cuius constitutionis dispositione prædictis verbis conceptæ, existimant patres societatis teneri dominos Archidiaconum & Charitateriũ bona apprehensa illis restituere ad idq. posse compelli solutis pensionibus & sic interesse dominorum satisfacto.

177 † Pluribus tamen modis responderi potest primo prædictam constitutionẽ synodalem solum procedere, & loqui, quando factum fuit comissum, ob cessationem solutionis, vel propter Ruinam, nõ vero quando alijs de causis declarata fuit caducitas, & ita extendenda non est ad alios casus, in dicta constitutione non expressos, quia statuta & constitutiones sunt stricti iuris ex tradit a Bart. in *l. omnes. populi. n.* 60. *ff. de iust. & iur. & nouissime declarat Alphons. de Villagud in tit. de extensione legis pen. tit. de extensione statutorum conclusione.* 1.

178 † Secundo respondetur dictam constitutionem in vsu non esse, vt constat ex depositionibus Ludouici de Capdeuilla & Hieronym. Iturralde testium ex aduerso productorum, qui attestantur, vidisse

pluries ob cessationem solutionis & aliarum conditionum defectum declaratam fuisse caducitatem ab aliquibus clericis, tamquam Domi nis directis, consolidatoq. vtili cũ directo dominio, sibi retinuisse ple no iure prædicta bona, & nũquã vi disse quod Domini directi compul si fuerint ad restituenda eadem bo na, quamtumuis eisdem soluerentur pensiones,

179 + & de damno satis fieret, & sic constat prædictam synodi cõstitutionem contrario vsu fuisse abrogatã *l. de quibus in fin. ff. de legib. & ibi Iacob. de Sancto Georgio notab. vltimo DD. in c. 1. de treuga & pace. & Burgos de Paz in proæmio legum Tau. nu. 301 & in l. 1. num. 101. cum sequent.*

180 + Tertio respondetur per allegatam constitutionem synodalem non disponi in sensu directo, quod Domini directi possint compelli ad desistendum, post quam satisfactum fuerit, de damno & interesse, sed colligi argumentum per partem aduersam, a contrario sensu, hac ratione; si non possunt compelli donec satisfactũ fuerit, ergo postquam satisfactum fuit poterunt compelli, &c. hoc tamen argumentum in casu dictę cõstitutionis procedere non potest, tam ex eo, quod illa dispositio est negatiua, vt probãt illa verba (nec possint &c.) nam dictio nec inducit negationem copulatiue Bart. *in l. sæpe nu. 3. ff. de verborum signifíca. & Bal. in authentica cui relictum de indic. vidui. tollen.*

181 + argumentum autem a contrario sensu non habet locum in dispositione negatiua, quia per tale argumentum resultaret affirmatio secundũ Bal. *in l. 2. in fin.* C. *de conditio. in ser. per tex. in l. Titia. §. fin. ff. de manu. testam.* quem tex. singularẽ esse & alibi non reperiri testatur

182 Curti. Senior. *cons. 16. nu. 15.* + quod absurdum esse constat, quia verba prolata ad negandum, vel priuandum, nõ debent operari contrariũ effectum *l. ex facto. ff. de hæred. instit. sic explicat Alexan. consil. 150 n. 20. lib. 5. & cons. 105. nu. 8. lib. 3. Bal. in d. l. ex facto.* docens, si testator dixerit filium meum nõ instituo, si non veniat Papiam, non propterea eo veniente Papiam diceretur institutus, vt tradit Curt. Senior *cons. 16. num. 15. Plot. cons. 198. nu. 10. volum. 1.* Criminal. & Borgnin. *decis. 5. nu. 21. & decis. 45 nu. 64. part. 1. & in tit. de tutor. num. 82. & sequent.* etiam si in censu contrario militaret eadem vel maior ratio Surd. *decis. 185. num. 24.*

183 + Tum etiam non potest habere locum argumentum a contrario sensu, quando in contrarium est expressa iuris dispositio *glos. in c. significasti de foro competen.* & est communis opinio secundum Iason in *l. 1. nu. 52. ff. de officio eius Xuares allegã. 14. & Molin. lib. 1. c. 5. nu 33.* atq. ita cum in nostro casu vt diximus in principio per cessationem solutionis & alienationem in potentiores inciderint in commissum, & pleno iure fuit vtile cum direto consolidatum c. potuit de locat. non habebit locum constitutio synodalis per argumentum a contrario sensu.

Quarto respondetur prædictã synodalem constitutionem intelligendam esse prout de iure quilibet disputatio intelligitur, scilicet, vt possit compelli Dominus directus,

ctus, ad restituendum bona com-
418 missata, † dummodo persona cui fieri debet restitutio sit capax, tam de iure quam ex prouidentia Domini concedentis argumento tex. *in l.4. §. totiens. ff. de dam. infect. vbi Bart. & DD. in l. quod constitutum ff. de testam. vt in similibus terminis explicant Bursat. consil.199 nu. 48. vers. 4. scribentes Hippol. Riminal. consil.732. & cons.764. num. 9. & 40. & Peguer. in d. tit. de feud. Cathaloniæ versic.7 numer.16.* & per consequens cum Collegium Societatis Iesu, tam de iure quam prouidentia directi Domini, sit incapax ad succedendum in huiusmodi bonis, absq. dubio videtur, non posse prædictos dominos Archidiaconum, & Charitaterium compelli, ad restituendum huiusmodi bona, cum legitime multis de causis fuerint ad eos iure caducitatis & commissi deuoluta.

EX QVIBVS nō solū propositio Collegij Societatis reiicienda est, respectu bonorum 2. & 3. locis appellitus præsentis appreæhensionis confrontatorum, sed etiam aliæ propositiones in præsenti processu oblatæ in vim comandarum, censualium. impositionum tributi, iuris viduitatis & aliarum obligationum, & hypotecarum concessarū per Ioannem Cornel & alios Dominos vtiles prædecessores ipsius Collegij, & dicti Petri Cornel recipientis successores, sunt reiiciendæ & repellendæ: nam cōmisa & declarata caducitate per Ecclesiā, vel quemlibet alium Dominū directum applicantur eidem Domino omnia bona emphiteutica in totale præiudicium creditorum & aliorum, ius & causam habentiū ab ipso emphiteuta: vt tenet Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua vers. III. Hostien. in summa. eo tit. §. quid sit natura col. 1. in fi.* quod procedit etiam in præiudicium dotis secundum eosdem, quos refert & sequitur Mandel. de Alba. *cons.28 num.9.* nam licet emphiteuta, ante quam res incidat in commissū, Dñus sit vtilis Dominij, & possit bona emphiteutica hypotecare & obligare, tamen dominiū illud est resolubile, & reuocabile & ita non potest plus iuris in alium trāsferre, quam ipse habeat. *l. traditio ff. de aquir. rerum Domi.* & sic resoluto iure dantis resoluitur etiam ius accipientis. *l. lex. vectigali ff. de pignor. Tiraq. in tit. de retract. conuention. §.2. glos.1. num.36. & sequent.* & non tenet hypotheca bonorum emphyteuticorum, in præiudicium Domini directi quāuis valida sit, in sui ipsius præiudicium, ex traditis a Patre Ludo. Molin. *disputatione. 461. col. 1334. & disput. 453. col. 1282.* & ita quādo Dominus succedit iure cōmissi. recuperat rem liberam ab omni pignore & obligatione, vt in hoc proposito declarat Io. de Socarrats *ad consuetudines Cathaloniæ. cap. eodem modo. num. 52. & 53.* nam alias esset in potestate emphiteutæ afficere ius Domini directi cōcedentis, quod alienū esse a iuris dispositione colligitur; ex his quæ in terminis tradit Alex. *cons. 173. num 5. lib.2.* & per consequēs Dominus directus declarata caducitate debet recuperare bona emphiteutica libera ab omni pignore, hypotheca & obligatione, quod est de mente fori vni, *tit. de vsufru. & iure emphit.*

Ex

Ex iam dictis constat de solido & firmissimo iure Dominorum Archid. & Charit. in quorum siue Ecclesiæ fauorem in dubio pronuntiandum esse, vt ad eam emphiteusis citius reuertatur, asserit Io. *Cephal. cons.* 11. *num.* 20. & iudicatum fuisse testatur Borgnin. *decis.* 43. *num. vltimo part.* 1. *& in nostro casu a sapientissimis Iudicibus consulendum spero salua in omnibus correctione & censura.*

D. Matthias Bayetola & Cauanillas.